

Handwritten text, possibly including the word "LEWIS" in large, bold letters.

Handwritten text, possibly including the word "JAMES" in large, bold letters.

Handwritten text, possibly including the word "WILLIAM" in large, bold letters.

Small handwritten text, possibly "1785".

Handwritten text at the bottom of the page, possibly "John Peter Steiner".

IOH. HENRICI FLORINI
FONS
LATINITATIS,

EX
VARIIS, IISQUE PROBATISSIMIS
LATII SERMONIS AUCTORIBUS
PURE SCATURIENTIS.

ACCEDUNT APPENDICES
QUINQUE.

- I. VOCABULORUM BARBARORUM.
- II. SENTENTIARUM & ADAGIORUM.
- III. ENIGMATUM, GRIPHORUMQUE
VARIJ GENERIS.
- IV. SYLLABUS PARTICULARUM SER-
MONIS LATINI.
- V. PROSODIA.

EDITIO QUINTA PRIORIBUS
LONGE EMENDATIOR.



FRANCOFURTI & LIPSIAE.
APUD, IOH. FRIDERICUM FLEISCHER.

1 7 5 2.

cur



Prefatio ad Lectorem.

INter omnia Latii sermonis purè ac compend'osè
 Icomparandi subsidia hisce vitæ nostræ tempori-
 bus, quibus non, ut olim, vernacula est Latinitas,
 sed vario è variis ejusdem Auctoribus labore atque
 industria arquirenda, nullam convenientius, nul-
 lum excellentius, nullumque expeditius esse reor,
 quàm puræ ex probatissimis hujus linguæ Auctori-
 bus collectæ Phrasiologiæ exercitium iater alios
 Gymnâdum labores frequentatum: cum hac ratio-
 ne studiosa Juventus non duntaxat copiam & varie-
 ratem verborum, quæ alias ex Lexicis quandoque
 verbosioribus, quàm Latinioribus, petendæ sunt, sibi
 comparet: verùm etiam legitimam eorundem con-
 structionem sermonisque elegantiam simul imbibat,
 atque paucorum mensium spatio majores in litera-
 rum studiis, librum quendam elegantibus phra-
 sium legitime concinnatum foliulis refectum,
 certis diebus percurrendo, faciat progressus, quàm
 hoc subsidio destituta, ferme totius anni intervallo.
 Expertus id quondam est Fridericus Wendelinus,
 diligentissimus, dum viveret, studiosæ Juventutis
 formator: Unde haud exigua (cui testatur ipse *Prefa-
 tio, sua in Medull. Lat. pag. 6.*) eum subiit admira-
 tio, quòd, cum tot docti viri studium operamque ad
 concinnandas Phrasiologias hætenus contulerunt, usum
 qua

que earum & necessitatem Scholis prolixè commenda-
runt, tam pauca tamen sine Schola publica que inter or-
dinarias lectiones & adminicula Latini Sermonis, do-
cendi discendique, horas certas Phrasiologiis assignent,
easque à discipulis non minus, quàm Ciceronis Epistolas
& Orationes Plauti vel Terentii Comœdias exigant &
reperiant. Idem & ego experius sum, postquam varias,
easque præstantissimas Latini sermonis phrasas ex Ci-
cerone, Nepote, Plauto, Terentio, Sallustio, Curtio,
aliisque probatis Auctoribus collectas Juventuti mihi
commissæ (quæ diu me in Gymnasio Sigenensi Re-
ctoris munus obire divinæ volupe fuit clementiæ) di-
ctavi, easque eicertis hebdomadæ diebus memoria
expromendas commendavi. Cùm verò procedente
tempore, ut eas in lucem ederem, partim certissima
utilitatis Scholis inde futuræ spes, partim etiam Ami-
corum quorundam preces me invitarent; omnes,
quas hæctenus non sine duro labore multique tem-
poris dispendio collegeram, sub incudem revocavi,
adjuncto fere singulis non duntaxat Auctore, sed eti-
am libro & capite. Præterea exploratum habens, mul-
ta cum verba, tum phrasas à Criticis in dubium vo-
cari, non tantum ἐν παράδοξοι aliena expunxi; sed etiam
falso suspecta ab exiliis injuriis, ubi dignum atque
consultum videbatur, vindicavi, ut & discentes &
docentes haberent, quod vel admitterent vel fuge-
rent: qualis Phrasiologia hucusque, quod ego sciam,
in lucem nondum prodit. Laude sua, fatetur, haud
destituuntur Phrasiologiæ Wendelini, & Manutii, ho-
die à plerisque Juventuti commendari solitæ: cum
noverim, me ipsum tempore juventutis iis, præfer-
tim Manutii, non sine fructu usam esse: verum, præ-
terquam, quod uterque destituatur Scriptorum au-
thoritate, est tamen adhuc, quod desiderare queas.

In

In priori quidem, quod studiosæ juventuti ejusdem
phrasis varietatem seu potius variationem, quæ ta-
men ad comparandam styli elegantiam quàm maxi-
mè facit, non suppeditet: In posteriori autem,
quod sibi à barbaris, elegantiz studiose cave pe-
jus & angue fugiendis, non satis caveat. Sic pag. 494.
adducit verbum *reterere* pro *iterare*, in vitis utique
omnibus Classicis: Et quid opus compositionibus?
ubi simplicia fatiscant. De verbo *recompensare*, quo
utitur p. 433. p. o *compensare* idem judicandum. Vo-
cabulum *immorigerus*, quod usurpat pag. 470. Clas-
sicis nunquam innotuit. Malim *male morigerus*, non
obediens, sicut Apulejus lib. 2. *minus morigeros* dixit.
Adjectivum *miraculosus*, quo utitur pag. 504. nun-
quam Latinum agnovit. Latini malunt dicere *mira-
bilis*, *mirandus*, *prodigiosus*. Vocem *septimana*, quam
adhibet pag. 499. vix unquam Classici usurparunt:
Delectantur illi vocabulis *Hebdomas* & *Hebdomada*
&c. Id quod in sequentibus evidentissimè patebit.
Quæ tamen non adduco, animo perstringendi aut
traducendi Auctores istos: absit! iis enim lubens
alias assurgo, ipsorum laborem atque juventutis
erudiendæ conatus summa laude cohonestans: Sed
potius ostendendi, quanti laboris sit, veri Gramma-
tici officio fungi, & tot antiquitatis monumenta
animo complecti. Usus sum, non nego, in hac cri-
si concinnanda ope Vossii, Vorstii, Scioppii, Val-
læ, Cellarii & aliorum. Sed ita tamen, ut meis ob-
servationibus subinde nova adjecerim: id quod le-
genti evidenter constabit. Meritò proinde hoc opus-
culum inscribo: *Foncem puræ, prisque Latinitatis*,
(non *ditionarium* aut *Vocabularium*, quas voces esse
Latinas, nunquam probabunt ii, qui easdem libris
Linguae Latine studiosam juventutem docendæ

destinatis præfigunt) quemadmodum enim fons
ex monte quodam scaturiens puram & meliorem ea,
quæ per rivos defluens, sæpissime hominum, bestia-
rumque peccatis immundatur, sitientibus exhibet
aquam: sic etiam hicce *Fons meus* ex monte Heli-
conensi est variis probatissimæ Latinitatis scriptori-
bus deductus puram, imo sæpissime puriorem eâ,
quæ ex vulgaribus Lexicis hauritur, sitientibus in lite-
rarum studiis proficere, Latinitatis lympham exhibet.
Bibe ergo ex hoc fonte avidè, quicumque desi-
deras in pura Latinitate progredi, atque hoc
opusculum meum, utilitati tuæ desti-
natum, boni consule.



AN-

ANNOTATIO

Linguae Latinae Auctorum in certas Classes
& ordines, ut appareat, quantum cuique in
probanda Latinitate tribuendum sit,
distributorum.

DUO apud viros doctos occurrunt modi, quibus
linguae Latinae incrementa & diminutiones in-
nuunt. Priore ab ætate humana desumpto Latini-
tatem in Pueritiam, Adolescentiam, Robur virile,
Senectutem, eamque rursus vegetam, cum inertem di-
spescunt. Posteriore autem à diversis rerum huma-
narum temporibus petito inter Secula, Auream,
Argenteam, Æneam & Ferream distinguunt. No-
bis in præsentem hanc posteriorem dividendi rationem
utpote usitatiorē observare placet.

*Nomina Auctorum, qui aureum
Latinitatis Seculum antecesserunt.*

Ecce Viros, qui olim vixerunt, secula priusquam
Aurea venerunt, linguae Ornamenta Latinae.
Lucilius, Plautus, Lucretius, Ennius (a) Acjus
Cæcilius (b) Nævius (c) Pacuvius, atque (d) Te-
rentius.

(a) Acjus (b) Nævius (d) Terentius *versus gratia
pro Accius, Nævius, Terentius.*

*Sunt multo plures, qui istorum tempore eximii poe-
matis claruerunt, quorum fragmenta ex Parrone,
Cicerone, Gellio, Prisciano aliisque clari Nominis Au-
ctoribus collecta in lucem emisit Henricus Stephanus.*

*Queritur autem i. cum supra dicti Auctores omnes poe-
matapaxerint, an nulli ergò antiquo illo ævo exti-*

terint Oratores, qui prosa operam dederint? *Re.*
Exierunt sine dubio: Nullius tamen Scripta,
præter Catonis de re Rustica, hodie superiunt.

Quæruunt 2. In quo differant hi Auctores ab iis, qui
vixerunt ætate aurea? *Re.* In eo, quòd varios Archais-
mos præ se ferunt, qui seculo sequenti maximam
partem fuerunt abrogati. Horum dictio, inquit
Scioppinus *Consultat. de Schol. & stud. ratione pag. 49.*
aurum est, sed cui nonnihil scorix vel purgamenti
est admistum. Scorix ista est partim usus vocabulo-
rum, quæ posteriores iudicio repudiarunt, velut
obsoleta & impolita, partim compositio hiulca,
aspera & scabrosa atque *ἀνάεθμος*, sive nullis nu-
meris colligata, partim denique verba & loquendi
genera exotica seu peregrina, & ex aliis Italiæ par-
tibus in Latium importata, quibus stativum Cæci-
lium Insubreum & Pacuvium Calabrum orationem
infuscare solitos ipse testatur Tullius.

Nomina Auctorum, qui ipsa ætate aurea vixerunt.

Huc, quicunque Vitos vis cernere, verba loquentes
Aure, verte tua confestim lumina mentis.

(a) Tullius est primus, sequitur eum (b) Casare (c)
Crispus.

(d) Panfa, (e) Nepos, (f) Varro, (g) Vitruvius atque
(h) Catullus,

(i) Livius, ac pariter (k) Pompejus. (l) Horatius;
inde

Præter (m) Virgilium, te (n) Naso, (o) Tibulle,
(p) Propertii.

Vult ordo, & (q) Grati, & te, cum (r) Pedone, (s)
Mamili.

Totum post claudit (t) Casar Germanicus agmen.
(a) Tul-

- (a) Tullius, ille scilicet Oratorum facile princeps: qui major est, quam ut à me satis commendari queat. Nihil proinde de ipso addo, quam illud *Quintil. L. 10. c. 1.* Ille se profecisse, sciat, cui Cicero valde placebit.
- (b) Cæsare. C. Julius Cæsar ipsi Ciceroni styli elegantia non multum cedit, quod evoluturus ipse Commentarios de Bello Galico & Civili haud inficias ibi. Quin ipse Cicero iis laudem impertire non tergiverfatur de Clar. Orat. 75.
- (c) Crispus Sallustius: qui Jugurthinum & Catilinarium Bellum scripsit: Ubi quidem hinc inde novas dicti nos invenit: Unde etiam novator verborum à Gellio *L. 1. c. 15.* appellatur: pauciores tamen sunt, & in ceteris se exhibet Historicum seculo suo dignissimum.
- (d) Panfa, alias Hirrius, qui in continentandis Commentariis Cæsaris occupatus fuit.
- (e) Nepos. Hic nihil elegantia cedit Ciceroni. Autumæ tamen Scioppius libro supra laudato, in Nepotis vitas nonnulla postea ioribus seculis irrepsisse ab ævi Augustæi auro remotiora.
- (f) Varro, qui vulgò audit Latinorum decus. Hujus de Lingua Latina & Agricultura libros, licet mutilos, hodie possidemus.
- (g) Vitruvius, Architectura Scriptor nulli secundus: sed, quod ad Latinitatem attinet; hinc inde non satis accuratus. Orationem enim (ait idem Scioppius) peregrinitate & plebitate, id est, verbis loquendi-que generibus infimæ plebi familiaribus, aut ad transmarini seu Germanici sermonis consuetudinem ineptiusculè conformatis passim infuscat.
- (h) Catullus Veronensis, qui paulo ante Virgiliū floruit.
- (i) Livius, præcipuus Historia Romana Scriptor, styli elegantia insignis.
- (k) Pompejus aliàs Trogus. Hujus ceterè Historiam

(inquit Scioppius) Justinus non solum admutilavit, sed non uno etiam loco verbis ferrea demum aetate usurpari cœptis inquinavit.

- (l) Horatius. Poëta præstantissimus, undeviginti carminum generibus insignis: non poëta unus ac multis, sed poëta omnibus suis numeris perfectus atque absolutus: summus, atq; adeo solus in tota Lingua Latina Lyricus.
- (m) Virgilius, quem Vellejus l. 1. Principem carminum, Marcellinus autem lib 15 & 19. ex eis emminentissimum Vatem nominat. Sufficiat jam Ovidii de ipsius Scriptis elogium: Et profugum Enean alta primordia Romæ,
Quo nullum Latio clarius extat opus.
- (n) Naso. Poëta itidem eximius, qui dros præcedentes, in libris Metamorphos. saltem, phrasis eleganti satis adequat.
- (o) Tibullus. Poëta pariter insignis, qui eodem tempore, quo Horatius & Virgilius, claruit.
- (p) Propertius. Poëta quoque celebris, ejusdem cum iis, quos jam supra allegavimus, ætatis.
- (q) Gratius, Poëta, de quo hæc apud Ovid. Eleg. 16. de Pont.
Tityrus antiquas & erat qui pasceret herbas,
Aptaque venanti Gratius arma daret.
- (r) Peto. Poëta, quem idem Ovid. 10. Eleg. Albinovatum nuncupat.
- (s) Manilius; magni ingenii Poëta, ut ex Astronomic. que posteritati reliquit, liquet.
- (t) Cæsar Germanicus; magni Pariter judicii Poëta, id quod Aratea ab ipso in Latiam Sermonem trans acta satis superque testantur. Hoc seculo etiam floruerunt S. Sulpicius, M. & D. Bruti, Trebinius, Pompejus Magnus alique magna dignationis Viri, quorum epistola inter Scrip. a Ciceronis nulli non obvia sunt. No-

*Nomina Auctorum, qui etate
argentea floruerunt.*

Præter (a) Vellejum, (b) Celsum, (c) Tacitum, (d)
Columellam,

Ac ambos (e) Senecas, argentea verba locuti
Sunt (f) Florus, (g) Flaccus, (h) Pedianus, (i)
Apicius, atque

(k) Phædrus, (l) Justinus, (m) Silius, (n) Lucanus
(o) Hyginus,

(p) Frontinus, (q) Fabius, (r) Statius, (s) Juvenalis,
(t) utrique

Plinius: hos sequitur (u) Martialis, (w) Maximus,
(x) Aulus.

Te (y) Mela, (z) Palladi, (aa) Curti nec præterit
ordo,

Postquam (bb) Tranquillum tranquillè junxit iis-
dem.

(a) Vellejum *nimirum* Paterculum, qui stylo fere Ora-
toris historiam Romanam ad sua usque tempora est
persecutus.

(b) Celsum *Cornelius Celsus* ob styli elegantiam à non-
nullis aurea Latinitatis Scriptoribus annumeratur.
Quamquam verò (inquit Celeberr. Cellarius Cur.
poster. de Barbar. p. 17.) stylus Celsi ita floridus est,
ut aurea etate non indignus videatur; tamen ma-
lumus in argentea collocare, quia Columella c. l.
scripsit: *Non minorem laudem meruerunt nostro-
rum temporum viri, Cornelius Celsus &c.*

(c) Tacitum. Hunc Scioppius refert ad etatem A-
eneam; Verùm sine ratione. Historiam ejus ad Anna-
les si quis accurate inspexerit, cum seculo argenteo
dignissimum judicabis.

(d) Columellam, De qua nihil addo, quàm Olai Bor-
richii

richii in Voss. p. 240. elogium. Omnia in illo casta,
pura, elegantia.

- (e) ambos Senecas, puta Marcum & Lucium Senecam. Prior Controversiarum & Suasionum auctor: Posterior prioris filius & Philosophus praeclarus fuit.
- (f) Florus. Refert & hunc Scioppius inter aenea Latinitatis Scriptores: At vero eum tutius ad seculum argenteum referri, ostendit, & non obscure probat Cl. Cellarius lib. supralana.
- (g) Flaccus. De quo Barthius LVI. c. XI. ita. Valerio Flacco, spiritu, gravitate, numeris & orationis æqualitate nemo post Augusti principatum scriptor prior extat.
- (h) Pedianus alias Alconius, qui floruit Neronis & Vespasiani tempore, & quosdam in Orationes Cicero- nis Commentarios reliquit laude dignissimos.
- (i) Apicius, decem libris de arte coquinaria clarus.
- (k) Phædrus, Fabulis Latinitatis flore suavissimis insignis.
- (l) Justinus, qui ex Trogi Pompeji historia compendium fabricavit.
- (m) Silius, belli Punici ab Hannibale cum Romanis gesti Scriptor gravissimus.
- (n) Lucretius, Poeta variis poematis, iisque lectu dignissimis clarus, ex sententia Fabii, magis inter Oratores, quam Poetas referendus.
- (o) Hyginus, Auctor Mythologiae, qui à quibusdam ætate Antoninorum vixisse creditur.
- (p) Frontinus, qui Domitiani tempore clarus exempla virtutis militaris collegit.
- (q) Fabius vulgo Quintilianus, Rhetorices Magister celeberrimus.
- (r) Statius, Poeta conscriptis Silvarum libris, ad gubernacula Republica sedente Domitiano, ad summos honorum gradus evehctus.
- (s) Ju-

- (s) Juvenalis, *Satyrarum Auctor sub ejusdem Domitiani imperio clarus.*
- (t) Ute que Plinius: *Major scilicet & Minor, quorum prior historia naturali, posterior autem epistolis summam est concitus gloriam.*
- (u) Martialis, *Epigrammatum Scriptor clarissimus.*
- (w) Maximus, vulgò Valerius Maximus, qui virtutum vitiorumq; exempla enarrando, non exiguam sibi apud posteros nominis memoriam consecravit.
- (x) Aulus Gellius, *Noctium Atticarum Scriptor, laudis nomine apud posteros celebratissimus.*
- (y) Melà. vulgò Pomponius, *Geographus laudibus abundans*
- (z) Palladii. *Palladius rem rusticam, sed nequaquam rustice conscripsit: adeo enim concinnus & elegans in stylo suo est, ut quidam eum aureo seculo dignum judicaverint.*
- (aa) Curtii. *De Curtii aetate inter Criticos non convenit: stylus ab omnibus commendatur tuis, qui puriori Latinitati dant operam. Vide Voss. Hist. La. l. 1.*
- (bb) Tranquillum. *Tranquillus floruit tempore Trajani, ut ex epistolis Plinii liquet l. 24. X. 95. &c.*

Nomina Auctorum, qui aetate aenea viguerunt.

- Præter (a) Apulejum sunt aenea verba locuti (b) Multi sanctorum Patrum, (c) Jurisque periti.
- Jungitur hisce (d) Macer, (e) Festus, (f) Sedulius, (g) Aufon,
- (h) Porphyrius (i) Marius, (k) Calpurnius, atque (l) Serenus,
- (m) Fannius, (n) Aurelius, (o) Falconia, (p) Nemesianus.
- (a) Apulejum. *Is fuit Philosophus Platonicus, in fingere-*

gendis novitatis vocabulis haud impiger, interim non minus ingeniosus, quam laboriosus

(b) Multi sanctorum Patrum. Nimirum Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Lactantius & alii, quos citatos vide apud Scioppium l. supra alleg.

Sancti Patres multa vocabula invexerunt, quae ante Christianorum tempus, Latium nunquam audivit, saltem alio sensu & notione usurpavit. Haec barbaris & sordidis adnumerare, pietate prohibemur: Interim tamen, cum ipsis Latinitatis magistris nunquam innotuerint, pure Latinis adscribi nequeunt. Nonnunquam in hoc Tractatu Classicis Auctoribus hosce Theologos opponimus, sed voce *Classicus* & *Latinus* strictiori ethnicorumque proprio significatione accepta. Qui proinde, iis, qui sequuntur, Tractatus nostri locis cum hoc schemate collatis, nos repugnantiae postulare praesumat, veritati repugnabit.

(c) Juris periti. Quorum in sermone ceteris praestant Ulpianus, Papinianus &c.

(d) Macer. Poeta notus, Scriptor carminis de viribus herbarum. Confer Barthium XVII *Adv ineurt*.

(e) Festus Avienus: qui vixit Gratiani & Theodosii temporibus, & Arati *Astronomica* in carmen Latinum transtulit.

(f) Sedulius, qui Theodosii tempore Tractatum poeticum carmine Heroico conscriptum in incem emisit.

(g) Ausonius, Poeta eruditionis nomine insignis: sed in *Venerem preceps*.

(h) Porphyrius, alias Optatianus, qui Panegyricum, opus elaboratissimum, Constantino Augusto misit.

(i) Marius, vulgo Victorinus, qui S. Hieronymi Praeceptor fuisse dicitur.

(k) Calpurnius, *Eclogarum Bucolicarum* Scriptor.

(1) Se-

- (l) *Serenus Samonicus*, *Historicus præclarus, qui tempore Severi floruit*
 (m) *Fannius, eximiorum de Medicina & Ponderibus poematum conditor.*
 (n) *Aurelius Symmachus, Orator disertissimus, qui epistolas stylo Laconico exaratas posteritati reliquit.*
 (o) *Falconia, mulier, qua Servatoris nostri vitam centone Virgiliano scripsit.*
 (p) *Nemelianus, Poeta Carthaginensis.*

*Nomina Auctorum, qui atate
ferrea claruerunt.*

Ætas Scriptores produxit Ferrea tales :

Post (a) *Marcellinum sequitur (b) Fulgentius, atque*

(c) *Grammaticus, (d) Prosper, (e) Sidonius, (f) Isidorus :*

Tum (g) *Fortunatus, tum (h) Beda, (i) Capella, (k) Mamertus.*

His l) *Turonensis, (m) Paulus cum (n) Cassiodoro Sejungit, nec vult (o) Salvanus, (p) Avitus, (q) Arator*

Sejungi : claudit mox sponte (r) Boethius agmen.

(a) *Marcellinum : Is telam Chronici Eusebio-Hieronymiani pertexuit.*

(b) *Fulgentius Episcopus Ruspenfis, Mythologiae Astronomicae Scriptor.*

(c) *Grammaticus, id est, Priscianus, qui eleganter & accurate Res Grammaticas conscripsit. Hinc tritum illud : Priscianum percutere, id est, contra Regulas Grammaticas peccare.*

(d) *Prosper, scilicet Aquitanicus.*

(e) *Sidonius, nempe Apollinaris.*

(f) *Isidorus, librorum de Originibus Auctor.*

(g) *For-*

- (g) Fortunatus alias Venantius.
 (h) Beda, vulgo venerabilis Beda.
 (i) Capella, elegantior & comptior Poeta, quam Orator, vulgo Martianus.
 (k) Mamertus, alias Claudianus, cuius Libri de anima ad nos pervenerunt.
 (l) Turonensis, vulgo Gregorius, Historia Francæ Auctor.
 (m) Paulus Diaconus, Historiæ Longobardicæ scriptor.
 (n) Cassiodorus, Theoderici Regis ab Epistolis.
 (o) Salvianus scil. Massiliensis.
 (p) Avitus, Sacrorum poematum Auctor haud obscurus.
 (q) Arator, qui Actus Apostolorum carmine hexametro transtulit.
 (r) Boëthius, Theologus eruditionis nomine insignis.

Sequuntur ipsæ ætates, earumque distinctionis rationes.

Premiſſis Auctorum, qui supra adductis Latinitatis ætatibus vixerunt, nominibus; superest, ut etiam de ipsis ætatibus earumque initio, progressu atque exitu dispiciamus. I. *Ætas aurea*, ut jam olim accuratioris iudicii Philologi observarunt, initium capit à Syllano tempore, & usque ad Octaviani Augusti (unde & ætas Augustea appellari solet) obitum se extendit.

Hac ætate ceteri, qui consecutis seculis literarum & eloquentiæ laude polluerunt, homines Romæ quam purissime, emendatissime & elegantissime loqui & scribere solitos fatentur. Quicquid, inquit ipse Rhetor Seneca in Proem. l. 1. Controv. Romana facundia habet, quod insolenti Græciæ aut opponas aut præferat, circa Ciceronem effluit. Omnia ingenia, quæ lucem rostris studiis attulerunt, tunc nata sunt.

2. *Ætas argentea* ab Octaviani Augusti obitu, usque ad tempora Antonini se porrigit. *Hac ætate Lingua Latina inclinare & de pristino suo vigore aliqua elegansia remittere cœpit, seu, ut loquitur Seneca loc. cit. in deteriori quotidie dasa res est. Hinc huius seculi Latinitatem in hoc opusculo quandoq; inclinantem nominari audies.*

3. *Ætas ænea* ab Antonini temporibus ad Honorium & captam à Barbaris urbem Romam extenditur. *Latinitas, quæ hac ætate viguit, nancupatur à Criticis cadens. Neglectis enim (inquit Celeb. Cellarius) studiis & barbarorum moribus assumptis, ipsa defecta est Latinitas, & gratiam tandem pene omnem exiit.*

4. *Ætas ferrea* præcipite jam & vergente ad finem Honorii Imperio cœpit, & ad extremos usque Caroli Magni annos producitur.

Latinitatem, quæ hac ætate floruit, docti vocant prolapsam seu semibarbaram: Etsi enim hoc tempore non jam vergeret in casum, sed rueret Latinitas, invalescentibus in Italia Barbarorum copiis, reperti tamen sunt Scriptores quidam nequaquam barbari & spernendi; quorum nomina paulo ante expressimus.

Queritur autem primo. Cur Latinitas post Augusti obitum adeo inclinavit, & de pristino vigore remiserit? R. Quia defuerunt viri, qui eam tanta industria tantoque labore excolerent, quanto excolta fuit seculo Augusteo. Cur Lingua nostra Germanica multis in locis de pristino vigore suo remisit, & etiamnum remittit? Immortali laude (inquit idem Cl. Cellarius Cur. post. c. 4.) digni sunt Seneca, Marcus & Lucius, Plinius uterque, Columella, Vellejus, Valerius, & si quæ alia magni nominis ingenia istud seculum tulit: at neminem puto, qui Latine intelligit, tanta audacia fore, ut laudatos hos

)(

Scri-

Scriptores Ciceroni, Livio, Cornelio aliisque, equalibus,
non dico, anteponat, sed tantum equiparet.

Procedente autem tempore Linguae Latinae ferme
idem accidit quod Graecae. Quemadmodum e-
nim haec, Graecis per varias Alexandri Magni vi-
ctorias amplissima regna, terras atque Provincias
occupantibus, per milites Graecos inter varias
nationes & populos propagata in diversas ab ille
dialektos, atque de pristino vigore suo ac elegantia
remisit. (Quis enim neget, cum populi illi di-
versi Linguam Graecam addicerent, atque ali-
quid forte de sua vernacula admiscerent, hinc &
ubertatem Linguae Graecae, & varietatem diale-
ktorum ortas esse?) ita & illa, Gallis, Hispanis,
Pannoniis, Arabibus aliisque pluribus (post-
quam scilicet evulgatum erat imperii arcantum,
posse principem ex provincialibus legi) per Principes
suos Romam adductis, nativa sua indole decessit.
Contigit enim horum popularum conversatio-
ne, ut studia humanitatis, peregrinis praemia prae-
ripientibus, jacerent, Latiusque sermo varias sub-
iret mutationes. Surrexerunt tamen mox ingenia
haut contemnenda, qui barbarici jam adrepenti
occurrerent, & Latinitati, licet non integre,
conservandae operam darent. Tandem autem,
Gothis, aliisque Barbaris in Romanum impe-
rium sese effundentibus, ferme omnis Latinitas
expiravit. Tunc enim invaluerunt Barbarismi,
& Solocismi, Latinitasque vultum adeo foedum,
ac sordibus commaculatum induit, ut vix rursus
temporis clari, Marcellius Comes, Salvianus
Massiliensis, Claudianus Mamertus, Prosper A-
quitanicus, Boethius, aliique plures, qui lapsant
Latio sermoni industria atque lucubrationibus
fuis succurrebant, vix si conservando sufficerent.

Quae-

Quæritur porro. Quæ Latinitas hodie in Barbarorum
classẽ sit conjicienda? & Non ea, quæ viguit seculo
ferreo, ut quidam putant: Quamvis enim tunc,
invalescentibus Gothorum & Barbarorum cohortibus,
non jam vergeret in casum, sed rueret Latinitas:
non tamen penitus, maxime cum aliquot Victorum
industria eidem lapsanti succurreret, in barbariem
abilis: sed ea, cujus nulla constat auctoritas, quæ super-
ior, saltem æqualis fuerit Caroli M. temporibus.

Quæritur tertio. Num Scriptores linguæ Latinæ,
qui vixerunt eodem seculo, sint ejusdem dignita-
tis & auctoritatis? & Sunt quidem ejusdem di-
gnitatis & auctoritatis, sed non ejusdem elegan-
tiæ & eruditionis. Optimam fuisse (ait Doctissimus
Scioppius Consult. II. pag. 47.) eorum linguam,
qui circa Ciceronis & Augusti ætatem floruerunt,
& ea ipsa ætate longe omnibus Ciceronem præstisse,
maximè omnium seculorum viri uno ore contestan-
tur. Quorum consentiens iudicium contemnere, &
inferiorum ætatum Auctores potius imitandos arbi-
trari hominis est, cui vel minime sanum sui synciput,
atque helleboro indigeas. Ex omnibus porro Cicero-
nis operibus Orationes, libri de Officiis & Tuscu-
lanarum disputationum diligentissimam ac sapius
iteratam lectionem mereantur; Epistolæ verò omnes,
si quis eas familiarissimas sibi reddiderit, hoc præ-
stant, ut ne, si velit quidem, possit non eleganter
scribere. Similes oras Ciceroni sunt Cæsar, Cornelius
Nepos (hic oratione pura ita suavis est, ut aliqui-
bus pene solus Latine loqui videatur) Livius, Cur-
tius, Valerius Maximus & Vellejus.

Quæritur denique quarto. Annon liceat nova voca-
bula Latina excogitare & per analogiam finge-
re? & Sic censent hodie multi non exiguæ con-
ditio-

ditionis Viri: Sed negativa rectius & tutius defenditur, *Bone Deus!* (sunt verba Cl. Cellarii libr. supra laudat.) quam *Latinitatem haberemus, si analogia sufficeret fingendis & formandis novis vocabulis?* quilibet, qui ingenio non obtuso esset, aliquid adderet, quod sibi videretur conforme & analogum, atque ita brevi in aliam formam, ac plane novam, converteretur lingua. At paupertatem Latinae Linguae objiciunt. An vero quicquam suis, cui expitendo non satis esset os Tullii, Livii, Varronis; Non pauperes, sed oppido divites verborum erimus, si hos eloquentissimos viros imitabimur, & illorum verbis animi nostri sensus proponemus. Exemplo rem declarabo. Germanica nostra Lingua satis ampla, dives & copiosa est: tamen saepe usu venit, ut Graecum, Latinum aut Gallicum vocabulum uno verbo nostra Lingua non possimus apte & accurate vertere, sed multis opus habeamus circumlocutionibus. Num vero propterea pauper est Lingua vernacula? Si quis nova verba formaret, quoties nostra Gallicis aut Latinis non responderent, quem sinem habitura esset effrenis licentia? quis ferret novarum audaciam? Quare nihil analogia tribuimus, si auctoritas absit, quod de serio & casto stilo intelligi volumus, non de vulgari, nec Philosophico, ubi licitum est *ὀνομαστικόν*. Hæc Cl. Cellarius, Criticus laboriosus, & si quis unquam, accuratus, cujus propterea vestigia in hoc opusculo concinnaudo præ aliis legere mihi volupe fuit. Addunt calculum suum Viri pariter Clarissimi, Valla, Vorstius, Vossius, Freinsheimius, Barchius, aliique purioris styli Audioli.



Abbrechen.

Abbrechen.

Avellere *Cic. de Senect. 65.*
 Carpere *Cic. pro Sest. 103.*
 Decerpere *Cic. 2 de Orat. 126.*
 Delibare *Cic. pro Sestio, 103.*

Ein Haus abbrechen.

Domum demoliri *Cic. 1. offic. 193.*
 Domum destruere *Cic. de Senect. 66.*
 Aedes diruere *Cic. pro Domo sua 106.*
 Tecta sedesque convellere *Cic. 2. de Orat.*
 Aedibus vastitatem inferre *Liv. 9. Bell. Pun.*

An dem Lohn abbrechen.

Detrahere de mercede *Cic. pro Cecin. 51.*

Abend werden.

Es wird Abend.

Advesperascit *Cic. 6. Verr. 129.*
 In vesperam dies inclinat *Cic. 3. Tusc. 11.*
 Vesperascit *Terent. Heaut. 2. 3. 7.*
 Diei vesper adest *Sallust. de Bell. jug.*
 Invesperascit *Liv. Bell. Maced. 212.*
 Sol occidit *Catull. ad Lesb. 5. 1.*
 Declinat in vesperum dies *Col. 1. 8. 6. 42.*
 Vesperat *Gell. 1. 17. cap. 8.*
 Praeceptis in noctem diei tempus est. *Curt. 1. 4. c. 16.*
 Crepuscula noctem inducunt. *Ovid. 5. Fast. 33.*

A

Die

**Die Abendzeit/da Tag und Nacht schei-
det am Abend.**

Crepusculum *Colum. lib. 6. c. 23.*

[A crepero, hoc est, dubio: quia tunc multis dubi-
um est, dies sit jam, an nox. Opponitur diluculo
der Morgenzeit / *q. dies luceſcit: quamvis quibus-
dam veterum etiam tempus matutinum notave-
rit. vid. Plaut. Casin. 2. 39.]*

Abendmahl.

**Einem zum Abendmahl beruffen / nöthig
gen/einladen.**

Invitare aliquem ad cœnam *Cic. 5. Tusc. 131.*

Vocare aliquem ad cœnam *Cic. ad Attic. lib. 6. 114.*

Dare alicui cœnam *Cic. pat. lib. 9. 20.*

Adducere aliquem ad cœnam *Cic. 5. Tusc. 131.*

Revocare aliquem ad cœnam *Cic. pat. l. 10. 24.*

Adhibere aliquem cœnæ *Sueton. in Claud. c. 32.*

Die Soldaten abdanken.

Milites exauctorare *Liv. 8. ab urb. 176.*

Milites exauctoratos dimittere *Liv. 5. Bel. Pun. 111.*

Von einem abfallen.

Deficere ab aliquo *Cic. pro Syll. 26.*

Defiscere ab aliquo *Cic. pro Rabir. 17.*

Subtrahere se ab aliquo *Cic. ad Q. Fr. l. 2. 10.*

Subtrahere se alicui *Colum. lib. 1. c. 9. 5.*

[*Deficere* quando pro *relinquere* & *deserere* accipitur,
habet passivum: quando verò pro *defectis* cor, neu-
trum est.]

In den Abgang Kommen.

In desuetudinem abire *Liv. Lib. 3. ab urb.*

Die Studia Kommen in Abgang.

Bonarum nunc literarum studia jacent.

Bonarum nunc literarum studia passim frigent.

Bonarum literarum cura neminem ferè tangit.
Literarum dignitas obsolescit.

Abfürzen/ abziehen/ verkleinern.

Detrahere *Cic. Fam. Epist. 41.*

Diminuere *Cic. 3. de Orat.*

Redigere ad pauca *Cic. pro Marcell. 6.*

Attenuare *Ces. 3. Bell. civil.*

Abbreviare *Veget. Prolog lib. 3.*

[*Abbreviare exiguâ, at abbreviaturâ nulla nititur auctoritate.*]

Ablassen von einer Sach/ aufhören.

Desistere ab aliqua re *Cic. 1. Tusc. 191.*

Desistere de aliqua re *Cic. Metell. lib. 5. 2.*

Desistere aliqua re *Cic. 3. Offic. 153.*

Vacare ab aliqua re *Cic. 1. de Nat. Deor. 4.*

Superfedere aliqua re *Cic. 1. de Invent. 44.*

Intermittere aliquam rem *Cic. 5. de Fin. 102.*

Cessare ab aliqua re *Liv. ab urb. 116.*

[*Superfedere Gellius l. 2. c. 29. etiam accusativo junxille videtur, Cognati & affines operam, quam dare rogati sunt, superfedent.*]

Abfagen.

**Einem die Freundschaft absagen / oder
aufkündigen:**

Aspernari amicitiam alicujus *Cic. Orat. in Pison. 37.*

Renunciare alicui amicitiam *Tacit. l. 2.*

Remove se ab amicitia alicujus *Cic. in Lal. 66.*

Rumpere amicitiae vincula *Lucret. l. 3. 117.*

Spernere veteres amicitias *Cic. in Lal. 50.*

Exuere amicitiam alicujus *Tacit. lib. 5.*

Einem Abscheuen haben von einer Sach.

Abhorreere ab aliqua re *Cic. 3. de Orat. 38.*

Abhorreere aliqua re *Cic. de Fato 13.*

Alienum esse ab aliqua re Cic. ad Attic. lib. 16.
 Alienum animum habere ab aliqua re Cic. in Latio 28.
 Alieno animo esse ab aliqua re Cic. pro Dejot. 14.

Den Abschlag bekommen/durch den Korb fallen.

Repulsam ferre Cic. 11. Phil. 303.
 Repulsam accipere Cic. pro Planc. 41.
 Repulsam pati Ovid. 2. Metam. 20.

Einem eine Sach abschlagen.

Negare alicui aliquam rem Cic. de clar. Orat. 38.
 Denegare alicui aliquam rem Cic. 7. Verr. 29.
 Recusare alicui aliquam rem Cic. 7. Verr. 119.
 Abnuere alicui aliquam rem Cic. de Fat. 6.

Von alter Gewonheit abschreiten.

A consuetudine discedere Cic. 4. Verr. 74.
 Veterē consuetudine se abdicare Cic. 2. de Divin. 113.
 Ab inveterato more digredi Cic. ad Cornif. lib. 12.
 A consuetudine, se abstrahere Cic. 1. de Orat. 40.
 Consuetudinem intermittere Cic. ad App. Pulch. l.

3. 1. 4.

Einen von einer Sach abschrecken.

Abstertere aliquem ab aliqua re Cic. 4. Verr. 100.
 Detertere aliquem ab aliqua re Cic. de Arusp. Resp. 16.
 Animum alicujus avertere ab aliqua re Cic. de Amicit. 5.

Achten. Vide Meynen.

Einen Hochachten.

Magni aestimare aliquem Cic. 2. de Fin. 90.
 Magno aestimare aliquem Cic. 6. Verr. 11.
 In magnam aestimationem aliquem accipere Cic. ad Rutil. l. 13. 9.

Magni aliquem facere Plaut. Asinar. 5. 62.
 Magni aliquem ducere Sallust. in jugurth.

Magni

Magni aliquem pendere *Lucret. l. 6. 257.*

Multum alicui deferre *Cic. pro Flac. 11.*

Præclare de aliquo sentire *Quintil. l. 2. 6. 2.*

Ich achte alles gering gegen den Himmel.

Omnia cælestibus postpono.

Omnia cælestibus posteriora duco.

Omniū divitias cum cæli gaudiis non confero.

Sordent apud me præ cælestibus terrestria omnia.

Einen gering achten.

Parvi ducere aliquem *Cic. pro Arch. 10.*

Parvi æstimare aliquem *Plaut. capt. 12. 24.*

Parvi facere aliquem *Plaut. Milit. 10. 188.*

Parvi pendere aliquem *Terent. Hecyr. 3. 5. 63.*

Parvi putare aliquem *Carul. ad Fnr. epigr. 20 5.*

Flocci facere aliquem *Terent. Eunuch. 2. 3. 11.*

Flocci pendere aliquem *Terent. Eunuch. 3. 1. 21.*

[Idem significant flocci facere aliquem & non flocci facere, divisa compositione *Cic. ad Attic. l. 4. 84. 4.*

Totam denique Rempublicam flocci non fasere. Hoc est, ne flocci quidem.]

Einen nichts achten.

Contemnere & pro nihilo putare aliquem *Cic. l.*

Verr. 13.

Nauci facere aliquem *Plaut. Bacch. 22. 16.*

Nihili facere aliquem *Terent. Eunuch. 1. 2. 14.*

Nihili pendere aliquem *Terent. Eunuch. 1. 2. 14.*

Pro nihilo habere aliquem *Cic. Orat. Philip. 1.*

**Achtung geben auff eine Sach/
auffmercken.**

Præbere se attentum alicui rei *Cic. 3. de Nat. Deor. 2.*

Præbere aures vacuas alicui rei *Cic. anteq. in Exil. 8.*

Attentè audire aliq. rem *Cic. de orat. 142.*

Defigere & intendere animum in aliq. rem *Liv. 3. bel. Pun. 155.*

Aurium operam dare alicui rei *Plaut. Bacch. 20. 70.*

Attendere aliquem studiosè *Cic. de orat.*

Attendere animum ad aliq. rem *Terent. phorm. 5. 6. 28.*

Erigere aures *Cic. 3. Verr. 19.*

Arrigere aures *Terent. Andr. 5. 4. 31.*

Achezen.

Duodeviginti *Cic. 4. Acad. 145.*

Decem & octo *Liv. IX. 33.*

Duodevicensi *Liv. 1. Bel. Pun. 151.*

[Vocabulum octodecim vix apud Classicos occurrit In Plinii editione nova Belgica, (inquit Cl. Cellarius Cur. Post. pag. 135.) Lib. XII. 23. lego. Jussum est, vehes octodecim jugero tribui. Ac vetus Frobeniana 1539. vehes XVIII. Sic Europium & Sextum Rufum editurus, ex collatione librorum didici, quod unus & alter octodecim habebat, id in pluribus & melioribus per signa XVIII. expressum esse, aut divisis vocibus, decem octo, decem & octo.]

Ackern / den Acker bauen / pflügen.

Arare *Cic. 5. Verr. 21.*

Agram colere *Cic. pro leg. Agrar. 69.*

Terram vertere aratro *Virg. 7. En.*

Terram scindere aratro *Sil. l. 15. 106.*

Terram profcindere aratro *Lucr. l. 5. 42.*

Von einem Adelichen und vornehmen Geschlecht seyn.

Nobilitate florere *Cic. 3. de Orat. 78.*

Nobilitate familiæ præstantem esse *Cic. 1. de Divin. 151.*

Genere & nobilitate facile primum esse *Cic. pro Rose.*

Am. 9.

Nobili loco natum esse *Cic. 1. de Divin. 148.*

Anti-

Antiquitate generis & gloria Majorum florere Nep-
Miltiad. c. 1.

Nobili genere natum esse Sallust in Catil.

Nobilem & clarum esse origine Ovid. Epist. 18. 30.

Einem Ader lassen.

Incidere alicui venam. Cic. in Pison. 66.

Secare alicui venam. Cic. 2 Tuscul.

Mittere sanguinem Cels. lib. 2. c. 10.

Venæ scissura sanguinem emittere Cels. l. 2. c. 10.

Exsolvere alicui venam Tacit. l. 16.

Ferire alicui venam Cels. l. 2. c. 10.

Detrahère venis sanguinem Lucret. l. 3. 90.

[Verbum phlebotomare, quod apud Medicos hodie frequens est, auctoritate caret, fictum ex Græco φλεβοτομῆν.]

Ein Advocat seyn / ein Beysteher im Rechten.

Advocatum esse Cic. pro P. Sylla.

Causam alicujus agere

Causidicum esse Cic. 1. de Orat. 100.

Advocare Senec. de brev. vit. l. 2.

[Verba Senecæ l. c. ita se habent. Hic advocat, hic ad-
est, ille periclitatur, ille defendit, hic justificat Gro-
novio, Cellario & quibusdam aliis advocare hic i-
dem est quod *vsare* & *cogere*. Quod si verum,
nusquam hoc significatu (pro advocati officio
fungi) apud classici occurrat.]

Vor allen Dingen / vornemlich.

Præsertim Cic. ad Lentul. 1. 8.

Inprimis Cic. ad Tir. 1. 16. 5.

Maximè Cic. 7. Verr. 16.

Cumprimis Plant. Truculi 13. 12.

[Præprimis iis, qui puræ Latinitati dant operam, est inauditum.]

Allgemach/ mit der Zeit.

Paulatim Terent. Adolph. 5. 6. 10.

Sensim Cic. 1. Offic. 179.

Minutatim Cic. 4. Acad. 90.

Progressu temporis Cic. 5. Philip. 198.

Successu temporis Quintil. l. 1. c. 12.

Procedente tempore Plin. ep. 46. 6.

[Successivè barbarum est. Citatur quidem à quibusdam Spartianus in Carac. c. 8. Verùm optimi codices habent *successisse*, non *successivè*.]**Gleiches oder eines Alters seyn.**

Equalem esse Cic. Senect. c. 4.

Ejusdem ætatis esse Nepos. Alcib. c. 11. 1.

Coæqualem esse alicui Justin. l. 23. 4.

Coætaneum esse alicui Apul. l. 8. Metam.

Coævum esse alicui Prudent. XII. v. 137.

[Celeb. Vossius vocabula *coætaneum* & *coævum* è civitate Latina proscripsit: verùm præter auctores supra citatos ab hac contumelia vindicantur per Isidorum Orig. lib. 10. & Cassiodorum 6. 2.]**Viel älter und betagter seyn.**

Anteire alicui ætate Cic. 1. Tusc. 9.

Præcurrere aliquem ætate Cic. in Orat. 101.

Antecellere ætate Cic. de Senect. 59.

Das beste Alter erreicht haben / im besten Alter seyn.

Vigere ætate Cic. 1. de Nat. Deor. 17.

Firma ac valida ætate esse.

Florere ætate Virgil. 7. Eclog. 1.

Flore ætatis frui Lucret. lib. 4. 221.

Florem ætatis tangere Lucret. lib. 3. 155.

Florida ætatis esse Catull. ad M. All. Epigr. 63. 4.

**Zwölff Jahr alt seyn.
Er ist zwölff Jahr alt.**

Annos duodecim natus est.

Duodecimum ætatis annum agit.

Est duodecim annorum.

Duodecim habet annos.

Duodecimum ætatis annum nondum excessit.

Annos duodecim non est egressus.

Vor alters/zu Zeiten unserer Vorfahren.

Majorum nostrorum ætate.

Majorum nostrorum temporibus.

Quo seculo majores nostri vixerunt.

Ein Ampt verwalten.

Præesse alicui muneri *Cic. Lentul. l. 1. 9.*

Obire munus aliquod *Liv. 2. ab urb. 35.*

Perfungi munere aliquo *Cic. de senect. 70.*

Fungi aliquo munere *Cæs. Bell. Gall. 107.*

Exequi munus aliquod *Cic. 3. Tusc. 27.*

Fungi aliquo officio *Cic. 5. de Fin.*

Fungi munus aliquod *Nep. Datam. c. 1.*

Sich von einem Ampt abthun.

**Er hat sich vom Burgermeister Ampt
abgethan.**

Abdicavit se consulatu.

Abdicavit consulatum.

Deposuit consulatum.

Abiit consulatu.

Das ist nicht mein Ampt.

Non est mearum partium.

Non meæ hæ sunt partes.

Hoc mihi non incumbit.

Hoc à me non exigitur.

Einen von seinem Ampt absetzen.

Abrogare alicui munus *Cic. 3. offic. 53.*

Abdicare aliquem munere suo. *Cic. 2. de Nat. Deor. 17.*
 Removere aliquem à munere suo. *Cas. 3. Bell. Civil. 84.*
 Orbare aliquem munere suo. *Cic.*

**Zu diesem oder jenem Ampt keine Hoff-
nung haben.**

Abeſſe à ſpe muneris *Cic. 2. offic. 103.*
 Nullam muneris habere ſpem *Cic. Curion. 1. 2. 4.*
 In nullam ſpem muneris adduci *Cic. pro Milon. 58.*
 Abjicere ſpem muneris *Cic. 3. Verr. 39.*
 Muneris ſpe carere *Cic. Torquat. lib. 6. 1. 12.*
 Ad nullam ſpem muneris devolvi *Cic. 7. Phil. 225.*
 Omni ſpe muneris labi *Cas. Bell. Gal. 1. 5.*
 In nullam ſpem muneris erigi. *Tacit. lib. 17.*

Vom Anfang biß zum End

Ab imis unguibus usque ad verticem summum. *Cic. pro Rosc. c. 11.*
 A capite usque ad calcem *Plaut. in Epid. 5.*
 Ab ovo usque ad mala. *Horat. l. 1. sermo. satyr. 3. 2.*
 A carceribus ad calcem. *Cic. de Amicit. 84.*
 A carceribus ad metas. *Varr. 1. de Rer. rust. c. 3.*
 [Antiqui cenā auſpicabantur ab ovib; & malis finiebāt.
 Et hinc proverbium: Ab ovibusque ad mala.]

Vom End biß zum Anfang

A calce ad carceres *Cic. de Senect. 76.*
 [Carcer locus est, inquit Servius, in quo ſervantur no-
 xii: vel unde quis exire prohibetur, à coercendo di-
 ctus. carceres pluraliter locus est in circo, unde equi
 cursum inchoaturi emittuntur in ſpectaculis. Et hinc
 proverbialia; A carceribus ad calcem, à carceribus
 ad metas &c.]

Eine Sach anfangen.

Facere initium alicujus rei *Cic. 14. Phil. 408.*
 Ducere initium alicujus rei *Cic. de Leg. Agrar. 31.*
 Capere primordium *Cic. 3. de Leg. 13.* In-

- Inchoare aliquam rem *Cic. 1. Acad. 15.*
 Ordiri aliquam rem *Cic. 1. de Leg. 31.*
 Initium ponere alicujus rei *Cic. Attic. l. 11. 208.*
 Capere initium *Quintil. lib. 2. cap. 11.*
 Sumere initium *Quintil. lib. 8. c. 6.*
 Auspicari aliquam rem *Plin. lib. 7. in Proem. 4.*
 Exordiri aliquam rem *Cic. de Orat. 59.*

Von Anfang der Welt.

- A rerum omnium incunabulis.
 Inde ab orbis exordio.
 Post homines natos.
 Post hominum memoriam.

Angesicht.

Schön und frisch von Angesicht seyn.

- Insignem esse facie *Virg. 9. Aeneid. 71.*
 Præsignem esse facie *Ovid. 3. de art. 154.*
 Lepida & Liberali forma esse *Terent. Andr. 1. 1. 96.*
 [Nonnunquam etiam utimur phrasi Ovidii *V. Metam.*
Cl. Boni vultus esse. Sed quia vocabulum vultus magis ad animum refertur & voluntatem unde descendit, quam ad corpus. Nam volo in supino vultum habebat, idcirco heic hanc phrasin non adponimus. Facies, autem magis ad corpus refertur.]

Unkosten anlegen / anwenden auff eine Sach.

- Sumptum facere in aliquam rem *Cic. Epist. Famil. 271.*
 Effundere sumptus in aliq. rem *Cic. pro Rosc. Am. 41.*
 Impensas agere in aliquam rem *Cic. in Orat.*
 Pecuniam conficere in aliquam rem *Cic. 2. Offic.*
 Sumptus infumere in aliquam rem *Cic. 2. de invent. 205.*
 Impendere sumptus *Cic. 5. Verr. 195.*
 Sum pibus non parcere *Cic. Ep. Fam. 403.*

**Anlangen V. G. was mich anlanget/
was mich betreffen thut.**

Quod ad me attinet Cic. Epist. l. 2.

[Nota, præpositionem Ad nunquam hic esse omittendam; atque ad eò eos minùs Latinè loqui, qui omisâ hac præpositione, dicunt quod attinet me. Habent quidem pleræq; editiones Valerii Maximi lib. 1. c. 1. 2. 14. hoc nostro tempore; Quæ custodiam religionis attinent: Verùm veteres libri omnes præpositionem Ad adiciunt. Etiam Cl. Vorstius nuper in Notis affirmavit, se voculam Ad in MSS. Brandenburg. reperisse.]

**Einem wegen einer Sach anlagen /
beschuldigen.**

Accusare aliquem de aliqua re Cic. Attic. l. 4. 85.

Accusare aliquem alicujus rei Cic. de Fin. 49.

Accusare aliquem in aliqua re Cic. pro Syll. 47.

Postulare aliquem alicujus rei Sueton. in Cas. c. 4.

Postulare aliquem de aliqua re Cic. Quint. Frat. l. 2. 7.

Insimulare aliquem alicujus rei Cic. ad Attic. l. 10.

Arguere aliquem alicujus rei Cic. pro Rabir. 59.

Arguere aliquem de aliqua re Cic. 2. de Invent. 147.

Reum facere aliquem alicujus rei Cic. 4. Verr. 65.

Facere aliquem reum de aliqua re Quintil. l. 4. c. 2. 22.

Ein groß Ansehen bey einem haben.

Auctoritatem habere apud aliquem Cic. pro Flac. 48.

Auctoritate valere apud aliquem Nep. Cim. c. 2. 1.

In magno pretio & auctoritate esse apud aliquem
Cic. pro Planc.

Magno esse apud aliquem loco Cic. ad Brut. 3.

Principem locum tenere apud aliquem Cic. pro Dom.
suâ 114.

Magni pendì ab aliquo Terent. Adelph. 5. 4.

in magna æstimatione haberi ab aliquo Cic. Attic.
l. 7.

Einem antworten.

- Respondere alicui Cic. 1. de Nat. Deor. 70.
 Responsum dare alicui Cic. 6. Verr. 77.
 Responsum reddere alicui Cic. pro Planc.
 Responsum referre alicui Cic. 1. de Orat.
 Responsare alicui Plant. Menaech. 1. 4. 47.

Arbeiten.

- Laborare Cic. 5. Verr. 110.
 Obire laborem Cic. pro leg. Manil. 24.
 Suscipere laborem Cic. de opt. Gen. orat. 148.
 Frangere se laboribus Cic. pro Arch. 21.
 Capere laborem Cic. pro Rosc. comad.
 Esse in labore Plin. l. 11. cap. 17. 2.
 Incumbere labori Sil. l. 4. 166.

Vergeblich arbeiten / vergebliche Mühe thun.

- Operam perdere Cic. de Orat. 62.
 Diligentiae suae fructu privari Cic. Ep. Fam. 77.
 Laboris sui fructu privari Cic. Ruf. lib. 5.
 Industriae suae fructum perdere Cic. Ep. Fam. 48.
 Penelopes telam retexere Cic. 4. Acad. 166.
 Noctuam Athenas mittere Cic. Q. Fr. l. 2. 16.
 Lapidem verberare Plant. curcul. 4. 42.
 Oleum & operam perdere Plant. Pœnul. 4. 109.
 Cribro aquam haurire Plant. Pseud. 3. 109.
 In aëre piscari Plant. Asin. 3. 87.
 Aquam è pumice postulare Plant. Pers. 2. 42.
 Laterem lavare Terent. Phor. 1. 4. 9.
 Æthiopem lavare ex Erasmo. Chiliad.
 Ducere Sulcos in pulvere tenui Juven. satyr. 7. 48.
 Versare littus sterili aratro ibid.

Das ist nicht deine Arbeit.

Non de tuo hoc est.

Non

Non ex tuo id penu est depromptum.
 Alio artifice usus es.
 Alienis te exornasti plumis.
 Non tui ingenii hic factus.
 Ex propria pharetra non evolat illa sagitta.
 Hos tu rivos ex aliorum fluminibus in agros tuos
 deduxisti.

Argwohnen

**Er hat einen Argwohn auff mich/ daß
 ich untreu seye.**

Veni in suspicionem infidelitatis.
 Fidem meam in suspicionem adduxit.
 Parum bonæ & sinceræ fidei in me habet.
 Fidei meæ suspicionem habet.
 Suspectus sum ei nomine infidelitatis.

Einen Argwohn von sich abthun.

Remove se à suspicionem *Cic. pro Leg. Agr. Orat. 15.*
 Suspicionem ab se remove *Cic. in Verr. l. 4.*
 Segregare ab se suspicionem. *Plaut. Afin. 13. 29.*
 Suspicionem dimovere *Cic. anteq. in exil. 13.*
 Suspicionem à se amovere *Cic.*
 Exfolvere se suspicionem *Terent. Hecyr.*

Arm werden/ ins Armuth gerathen.

Ad inopiam redigi *Terent. Heaut. Act. 5. sc. 1.*
 Deduci in egestatem *Cic. 2. de orat. 102.*
 Omnibus bonis exhauriri *Cic. in Pison. 68.*
 Detrudi ad mendicitatem *Plaut. Men. 5. 22.*
 Vitam in paupertate degere *Cic. pro Rosc. Am. 85.*
 Exui facultatibus & bonis *Tacit. l. 4.*

Einen arm machen/ ins Armuth bringen.

Exhaurire aliquem bonis *Cic. in Pison. 68.*
 Adferre alicui egestatem *Cic. pro Rosc. Am. 8.*
 Inferre aliquem in pauperiem *Plaut. Trucul. 11. 18.*

Redigere aliquem ad extremam paupertatem *Plaut.*

Amphit. 14. 25.

Detrudere aliquem ad mendicitatem *Plaut. Men. 5. 22.*

Emungere aliquem auro. *Terent. Phorm. 4. 41.*

Facere aliquem pauperem *Senec. de Benefic. l. 2. 27.*

Depauperare aliquem. *Varro.*

Auff den Weg sich begeben.

Dare se in viam *Cic. Terent. l. 14. 12.*

Committere se via *Cic. Ter. l. 16. 6. 1.*

Iter ingredi *Cic. 12. Philipp. 334.*

Proficisci *Cic. de senect. 76.*

Inire iter *Cic. 1. Tusc. 152.*

Iter in se suscipere *Cic. ad Attic. l. 4. 84.*

Einen auffhängen an Galgen/ Creuz oder Baum.

Agere aliquem in crucem *Cic. 7. Verr. 127.*

Tollere aliquem in crucem *Cic. 7. Verr. 6.*

Suffigere aliquem in cruce *Horat. 1. Satyr. 3. 17.*

Cruci aliquem dare *Plaut. Mil. 5. 28.*

Suffigere aliquem cruci *Cic. in Pison. 32.*

Suspendere aliquem de arbore *Cic. 1. de Orat. 134.*

Suspendere aliquem in arbore *Cic. 5. Verr. 47.*

Patibulo aliquem affigere *Sallust. lib. 4.*

Cruci aliquem affigere *Curt. lib. 9.*

[*Veteres vocabulo patibulum varius utuntur. Cicero-
nem observo illud semel tantum usurpasse.]*

Einen zum Erben auffnehmen.

Instituere aliquem hæredem *Cic. 1. de Orat. 88.*

Scribere aliquem hæredem *Cic. 1. de Orat. 86.*

Relinquere aliquem hæredem testamento *Cic. pro*

Quint. 8.

Testamento aliquem adoptare *Nepos Pomp. c. 5.*

Facere aliquem hæredem *Nep. Pomp. c. 5.*

Ado-

Adoptare aliquem in bona sua *Plant. Poen. 14. 83.*
 [Hinc adoptio, vocabulum apud omnes usum receptum,
Gellius lib. 5. cap. 19. habet adoptatio, ut & Plinius
Panegy. c. 5. Verum Cl. Fossius legendum censet a-
pud Gellium adoptio: Et quia nova Belgica editio
cum Var. Notis adoptio habet, dubitat etiam celeb.
Cellarius de genuina Plinii Scripturâ.]

Eine Sach auffchieben / länger auff-
halten.

Rem longiore tempore procrastinare *Cic. pro Rosc.*
Amerin. 15.

Rem differre in aliud tempus *Cic. Lucejo. 5. 12.*

Rei moram interponere *Cas. 1. Bel. civil. 240.*

Producere opus in longas vias *Cic. de senect. 43.*

Rem in aliud tempus reservare *Cic. pro Cal. 46.*

Einen ausbannen / aus dem Land treib-
ben / ins Elend jagen.

Proscribere aliquem *Cic pro Dom. 35.*

Relegare aliquem *Cic. ad Attic. 1. 2. 26.*

Ejicere aliquem in exilium *Cic. 2. in Catil. 33.*

Adficere aliquem exilio *Cic. in Parad. 38.*

Projicere aliquem in exilium *Cic. anteq. iret in exil. 19.*

Pellere aliquem in exilium *Cic. 2. de Orat. 31.*

Mutare aliquem exilio *Tacit. lib. 5.*

Exterminare aliquem *Cic. 2. offic. 117.*

Ejicere aliquem ex patria. *Cic. pro Milon. 78.*

Ausfallen.

Einen Ausfall thun.

Excurrere.

Excursionem facere *Cic. ep. ad Attic. 16. l. 1.*

Einen auslachen / verspotten.

Irridere aliquem *Cic. de leg. Agr. 94.*

Ridere aliquem *Cic. de Arusp. Resp. 6.*

Eludere aliquem *Cic. 1. Catil.*

Illudere aliquem *Terent. Phor. 5. 8. 12.*

Illudere alicui *Virgil. 2. Aeneidos 13.*

Ludibrio esse alicui *Cic. ad Brut. ep. 2. 2.*

Ludibrio habere aliquem *Terent. Heaut. 5. 2. 29.*

Naso adunco suspendere aliquem *Horat. 1. ser. 6.*

[Subfannare aliquem *vix* apud probatos Auctores invenitur. Substantivum derisio potius deridendum, quam usurpandum. Nihil enim habet, quo se tueri queat præter analogiam cognati irrisio. Sed analogia, si absit auctoritas, nihil tribuendum.]

Eines Befehl aufrichten.

Mandatum alicujus efficere *Cic. ad Attic. 1. 1. 9.*

Mandato alicujus satisfacere *Cic. ad Attic. 1. 6.*

Mandatum alicujus persequi & conficere *Cic. Q. Fr. L. 2. 15.*

Mandatum alicujus exequi *Ovid 14. Metam. 121.*

Mandatum alicujus perficere *Val. 7. Argon. 13.*

Mandatum alicujus facere *Quint. 1. 4. c. 4.*

Mandatum alicujus exhaurire *Cic. Attic. 1. 5. 38. 6.*

Peragere mandatum alicujus *Ovid. 7. Met. 102.*

Aufschlagen.

Einem die Augen aufschlagen.

Exsculperere alicui oculos *Terent. Phorm. 5. 8. 96.*

Everberare alicui oculos *Quint. 1. 2. c. 4. 14.*

Digitoscondere in lumina alicujus *Ovid. 13. Met. 114.*

Aufserrecken.

Ebibere *Terent. Heaut. 2. 3. 14.*

Exhaurire potionem *Quintil. 1. 7.*

Evacuare poculum *Plin. l. 23. c. 9.*

Aufwendig lernen. Vide Lernen.

Aufwendig können.

Memoriâ tenere aliquid *Cic. de Senect. 11.*

Außwendig daher sagen.

Memoriter pronuntiare aliquid *Curt lib. 4.*

Memoriter memorare aliquid *Plaut. Amphit. 4. 263.*

Memoriter narrare aliquid *Cic. de Amic. 1.*

[*Nota. Latinum non est memoriter teneo, memoria pronuntio. Dicendum ergo semper memoria teneo, memoriter pronuntio. Interim verbis reposito & complector utrumque, memoria scilicet & memoriter, indifferenter adjungitur.*]

B.**Baßen. Brod baßen.**

PInfere panem *Colum. l. 2. c. 9.*

Pinfare panem *Varr. l. 1 de Re Rust. 6.*

Coquere panem.

Einem einen Baßenstreich geben.

Infringere alicui colaphum *Terent. Adel. 2. 1. 44.*

Ducere alicui colaphum *Quintil. l. 6. c. 3. 57.*

Infligere alicui colaphum *Plin. l. 8. c. 36.*

Incutere alicui colaphum *Juven. Satyr 9. 1.*

Alapâ alicquem cædere *Martial.*

Depalmare alicquem *Gell.*

[*Verbum colaphizo, quod hodie multis in usu, extra sacras literas vix invenitur. Colaphus digitis compressis & in pugnum contractis capiti corporique reliquo inferitur: Germ. Stoß/ Bößf. Alapa est percussio infaciem manu explicata.*]

Ein Balbierer.

Tonsor *Varro 2. de Re Rust. c. 11. 7.*

Chirurgus *Mart. l. 1. 114.*

[*Barbator & Barbitonsor barbara sunt.*]

Einem den Bart scheren/buzgen.

Tondere alicui barbam *Cic. 5. Tusc. 81.*

Demere alicui barbam Cic. 3. de Nat. Deor. 110.

Radere alicui barbam Suet. in calig. c. 5.

Abradere alicui barbam Plin. l. 6. c. 28.

Recidere alicui barbam Ovid. 13. Metam. 165.

Den Bart streichlen.

Mulcere barbam manu Ovid. 1. Fast. 52.

Deducere barbæ cesariem Ovid.

Den Bart wachsen lassen/einen langen Bart ziehen.

Pascere barbam Horat. 2. serm. satyr. 3. 7.

Promittere barbam Tacit. l. 2.

[Hinc promissa barba ein langer Bart Liv. l. 2. 1.]

Bauen.

Ædificare Cic. 1. offic. 193.

Architectari Vitruv. lib. 9. c. 4.

Condere Cic. 2. de Divin. 58.

Struere domos Horat. 2. od. 18. 4.

Baufällig werden.

Facere vitium Cic. in Top. ad Trebat.

Agere rimas Ovid. 2. Metam. 43.

Eine Sach bedürffen.

Egere aliqua re Cic. de orat. 128.

Egere alicuius rei Cic. Attic. l. 7.

Indigere aliqua re Cic. 5. de Finib.

Indigere alicujus rei Plant. Cistel. 2.

Ich bedarff deines Rathes nicht.

Non egeo tui contilii.

Non indigeo tuo consilio.

Consilia tua apud me nullius sunt emolumentum.

Consilia tua apud me nullius sunt ponderis.

Non desiderantur, non expectantur à me tua consilia.

Consilia tua locum apud me non habent.

Tuis mihi consiliis nequaquam opus est.

Befehlen / einem etwas auflegen.

Præcipere alicui aliquid Cic. 13. Philip. 381.

Mandare alicui aliquid Cic. 2. Tusc. 20.

Mandata dare alicui Cic. Fam. Ep. 30.

Dare alicui aliquid in mandatis Plaut. Amphit. 3. 81.

[Verbum jubeo rectè constructur, quemadmodum cum Accusandi, sic cum Dandi casu. Utriusque enim constructionis exempla apud Latinos sunt obvia. Jubeo te apud Plaut. Aulul. 4. 19. Et Amphit. 4. 41. Jubeo tibi apud Cic. Epist. 9. 13. Hæ literæ Dolabella mihi jubent ad pristinas cogitationes reverti. Confer Liv. 42. 28. Rectissime proinde hanc syntaxin, tanquam satis Latinam defendit Scioppius in Not. ad Sanct. Minerv. pag. 74.]

Beflecken.

Maculare Cic. pro Milone 65.

Commaculare Cic. pro Cælo. 11.

Inquinare Cic. 1. Tusc. 113.

Fædare Cic. in Pison. 41.

Contaminare Cic. 1. Tusc. 113.

Polluere Cic. 6. Ferr. 88.

Labem inferre Cic. pro Cal. 33.

Maculâ afficere Cic. 6. Ferr. 16.

Maculis aspergere Cic. pro Planc. 24.

Sich befleißigen / Fleiß anwenden in einer Sach.

Operam navare alicui rei Cic. l. 2. de Orat. 15.

Multum operæ ponere in aliqua re Cic. 1. offic.

Operam conferre in aliquam rem Cic. 1. offic.

Operam conferre ad aliquam rem Cic. Fam. Ep. 45.

Dare studium alicui rei Cic. Fam. Ep. 45.

Studium consumere in aliq. re Cic. Fam. Ep. 90.

Omni

Omni cogitatione curaque incumbere in aliquid *Cic. Fam. Ep. 260.*

Contendere omnes nervos in aliquid *Cic. fam. ep. 389.*

Adhibere diligentiam *Cic. 5. Ep. 6.*

Operam dare alicui rei *Nep. Timot. c. 3.*

Impendere laborem *Plin. Ep. 49 f.*

Omne studium ponere in aliqua re *Cic. l. 1. de orat.*

Studium conlocare in aliqua re *Cic. Quint. frat.*

Begeben seyn mit Tugenden confer
tugendsam.

Virtute præditum esse *Cic. pro Dom. sua 31.*

Virtutibus ornatum esse *Cic. 1. offic. 70.*

Virtute atque integritate plurimum valere *Cic. 3. de Leg.*

Eminere virtutibus *Quintil. l. 3. c. 8. 44.*

Virtute præstantem esse *Virg. 8. Aneid. 110.*

Habere virtutem *Cic. post red. ad Quint. 16.*

Begehen eine böse That/ gröblich sündigen.

Gravissimè peccare *Cic. ad Attic. l. 3.*

Summum dedecus admittere *Cic. ad Attic. l. 9.*

Flagitium committere *Cic. de clar. orat. 115.*

Sceleratè agere *Cic. 2. de Orat.*

Culpam gravem committere *Cic. ad Tiron. 16. 12.*

Flagitium facere *Terent. Eunnuch. 2. 3. 90.*

Inurgitare se in flagitia *Cic. in Pison. 32.*

Scelera facere *Cic. pro Rosc. Amer. 15.*

Perpetrare piaculum *Liv. 1. ab urb. 21.*

Maximo scelere se obstringere *Cic. 3. offic. 23.*

Begeben sich auff den Weg.

Vide sup. Auff.

Begeben sich wieder zum Studiren.

Ad studia se referre *Cic. 1. Tusc. 1.*

Literarum studia repetere *Cic. de Fat. 7.*
 Studiis operas intermissas reddere *Cic. ad Tiron. 16.*
 Pristina studia revocare *Cic. de Clar. orat. 6.*
 Ad studia se rursus conferre *Cic. 2. de Fin. 85.*
 Ad industriam studendi se revocare *Cic. 1. Tusc. 1.*
 Animum suum studiis reddere *Claud. 8. Paneg. 28.*
 Ad studiorum consuetudinem atque usum redire *Terent. And. 1.*

Eine Sach begehren.

Petere aliquam rem *Cic. Philip. 13. 74.*
 Cupere atque optare *Cic. 1. de Orat. 2.*
 Desiderare *Cic. pro Quint. 32.*
 Expetere & postulare *Cic. pro leg. Manil. 59.*
 Ardere cupiditate alicujus rei *Cic. de clar. orat. 167.*
 Desiderio teneri alicuj. rei *Cic. 1. de leg. 95.*
 Flagrare desiderio alicuj. rei *Cic. ad Attic. l. 7. 124.*
 Ardere studio alicuj. rei *Cic. pro Deitaro 20.*
 Flagrare cupiditate alicuj. rei *Cic. 1. de orat. 65.*
 Induci cupiditate alicujus rei *Cas. bell. Gall. l. 1.*
 Adpetere aliquam rem *Cic. orat. pro Rosc. 3.*
 [NB. Adpetimus rem cum adfectu; Expetimus cum ratione. Adpetimus qualiacunque; Expetimus v. honesta, planeque bona. *Valla eleg. l. V. c. VII.*]

Ich bin begierig neuer Dingen.

Cupidus sum rerum novarum.
 Animus meus æstuat desiderio rerum novarum.
 Cupiditate flagro rerum novarum.
 Res novæ summè me oblectant.
 Rerum novitatem amo.
 Rerum novitati studeo.
 Desiderio teneor res novas petcipiendi.

Einen begraben zur Erden bestatten.

Sepelire aliquem *Cic. de leg. 90.*

- Humare aliquem *Cic. 1. Tusc. 174.*
 Sepulturâ aliquem afficere *Cic. de Divin. 100.*
 Corpus tumulo mandare *Cic. pro Cluent. 20.*
 In sepulchrum inferre aliquem *Cic. 2. de leg.*
 Corpus terra reddere *Virg. 2. Aeneid.*
 Corpus terra infodere *Virg. 11. Aeneid. 14.*
 Tumulare *Ovid. 8. Metamorph.*
 Contumulare humo *Mart. l. 8.*
 Condere corpus sepulchro *Ovid. 8. Metam. 47.*
 Dare corpus tumulo *Ovid. 2. Met. 32.*
 Tegere corpus terra *Senec. in Theb. 1. 20.*

Beharren.

- Perseverare *Cic. pro Quintio 51.*
 Permanere *Cic. de Finib. 139.*
 Persistere *Cic. 2. de Divin. 172.*
 Perstare *Cic. 3. Offic. 51.*
 In sententia perseverare *Cic. 3. de Nat. Deor. 120.*
 In pristina sententia permanere *Cic. 5. de Finib. 161.*

**Beharrlich bleibt auf seiner Meynung
ein weiser Mann.**

- Vir bonus à concepta sententia non facile deducitur.
 Vir sapiens sententiam suam haud facilè mutat.
 Vir sapientia excellens in opinione sua constans permanet.
 Vir prudentiâ præditus, ut sententiam mutet, non facilè adducitur.
 Vir sapiens in sententia firmissimè constat.

Einen Baum behauen.

- Putare arborem *Columell. lib. 2.*
 Ablaqueare arborem *Colum. lib. 4. cap. 29.*
 Circumcidere arborem *Plin. lib. 16. c. 49.*
 Castrare arborem *Plin. lib. 24. cap. 8. 6.*

Einem behülfflich seyn. Confer helfen.Adjumento esse alicui *Cic. 7. Verr. 81.*Subvenire alicui *Cic. 6. Verr. 32.*Opitulari alicui *Cic. 1. off. 116.*Opem ferre alicui *Plant. Epid. 13. 52.*Adferre alicui opem *Ovid. 8. Metam. 121.*Opis aliquid alicui ferre *Cic. ad Sulpit. l. 4. 1. 2.*Auxilio esse alicui *Plant. Epid. 14. 12.***Vey Menschen gedencken.**Post hominum memoriam *Nep. de Reg. c. 1.*Post homines natos *Cic. 11. Philipp. 288.*Ex omni memoria atatum *Cic. 1. de Orat. 9.***Vey Solchem Zustand der Sachen.**Rebus ita se habentibus *Liv. 49. c. 11.*[Qui dicunt, rebus sic stantibus, auctoritate probati
Scriptoris non stant.]**Einem beystehen. Confer zustimmen
mit einem.**Partes alicujus tutari *Horat. 2. Epist. 1. 35.*A parte alicujus stare *Liv. 6. Bell. Pun. 216.*Adesse alicui *Cic. pro Quintio 2.*Causam alicujus defendere *Plant. Milit. 10.*Partes alicujus suscipere *Cic. 6. Verr. 70.***Bestümmert seyn.****Bestümmert bin ich fast sehr wegen deis
ner Schwachheit.**

Summam ex morbo tuo capio sollicitudinem.

Tuus me morbus valde sollicitat.

Magno mihi morbus tuus est dolori.

Gravi me sollicitudine afficit morbus tuus.

Morbus tuus me in magnam adducit sollicitudi-
nem.

Maximè me perturbat morbus tuus.

Belägern eine Stadt.

- Obsidere aliq. urbem *Nepos Timot. c. 3.*
 Obsidione aliq. urbem capere *Cic. pro Muren. 17.*
 Armis aliq. urbem circumfedere *Cic. 6. Phil. 206.*
 Obsidione aliq. urbem eingere *Virg. 3. Aeneid. 11.*
 Obsidione aliq. urbem claudere *Lucan. l. 3. 69.*
 Obsidione aliq. urbem circumdare *Lucan. l. 6. 22.*
 Sepire urbem exercitu five castris *Cic. ep. fam. 4. l. 15.*
 Premere urbem ingenti obsidione *Virg. 8. Aeneid. 130.*

**Eine Stadt von der Belägerung
befreyen.**

- Obsidione aliq. urbem liberare *Nep. Timoth. c. 1.*
 Ex obsidione aliq. urbem eximere *Cic. Sest. l. 5. 6.*
 Periculis obsidionis aliq. urbem liberare *Cic. pro leg.*
Manil. 13.

- Obsidione aliq. urbem levare *Virg. 10. Aeneid. 6.*
 Obsidione aliq. urbem eximere *Plin. 7. c. 28.*
 Obsidione aliq. urbem solvere *Claud. 2. paneg. 45.*

**Einen belästigen / beschweren / Ungeles
genheit machen.**

Afficere aliquem molestiâ *Cic. de clar. Orat. 6.*

Esse alicui oneri *Cic. 5. Verr.*

Esse alicui molestiæ *Cic. Attic. l. 6. 113. 1.*

Create alicui molestias *Cic. 4. Verr. 62.*

Exhibere alicui molestiam *Cic. Attic. 2. 16.*

Facessere alicui negotium *Cic. 6. Verr. 125.*

Aspergere alicui molestiam *Cic. Q. Fr. l. 2. 12.*

[Molestare sequioribus seculis usitatum, non tamen latini usus verbum, Barthio iudice, qui locum adducit ex Apulej. l. de Verb. c. LXXI.]

Einen belügen.

Mentiri in aliquem *Cic. in Salust. 1.*

Mentiri de aliquo *Cic. 2. de Orat. 102.*

Mendaciis aliquem onerare *Cic. ad Appium. l. 3. 10.*
 Mendaces sermones de aliquo disseminare *Cic. pro Planc.*
 Spargere figmenta de aliquo *Planc. Trucul.*
 Mendacio fallere *Cic. pro Muren.*

Beredit seyn.

Facundum esse *Varro l. 5. de Ling. Lat.*

Disertum esse *Horat.*

Facundia præditum esse *Cic. pro Cal. 17.*

Eloquentiâ valere *Cic. 3 de Leg.*

Excellere eloquentiâ *Cic. de Amic.*

[*Disertus & eloquens* quid differant ostendit Cicero de Oratore, his verbis : *Disertus* est, qui potest satis acute atque dilucide apud mediocres homines, ex communi quadam hominum opinione dicere. *Eloquens* vero, qui mirabilius & magnificentius augere potest atque ornare quæ vult, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum pertinent, fontes animo ac memoria continet : ita distinguit. *ibid.* *Disertos cognovi nonnullos, eloquentem adhuc neminem.*]

Ein berühmter Mann.

Vir clarus. *Cic. 1. de orat. 98.*

Vir laudibus abundans *Cic. 3. Offic. 111.*

Vir celebris *Liv. 4. ab urb. 232.*

Vir omni laude cumulatus *Tacit. l. 18.*

Vir magnæ dignationis *Tacit. l. 19.*

Vir illustri laude celebratus *Plin. l. 14. c. 6.*

Vir famigeratus *Pompon. Mel. l. 2. c. 7.*

Vir famigerabilis *Apulej. l. 2. Metam.*

[*Hæc duo ultima vocabula famigeratus & famigerabilis, etsi hodie sint frequentissima, à Classicis tamen Scriptoribus rarissimè olim fuerunt adhibita. Nec putem, illa ullibi extra citata superius loca, occurrere.*]

Es

schämhamen / schamroth machen.

- Perire aliquem afficere *Cic. pro Cecin. 56.*
 Pudorem alicui incurrere *Horat. 1. Ep. 19. 17.*
 Digna pudore alicui obijcere *Ovid. 13. Met. 62.*
 Ruborem alicui incurrere *Cic. de Orat.*
 In verecundiam aliquem adducere *Liv. 1. ab urb. 86.*

**Einen beschenden / oder
Geschenck geben.**

- Donare alicui aliquid *Cic. pro Rosc. Amer. 14.*
 Donare aliquem aliqua re *Cic. pro Arch. Poët. 18.*
 Dare dona & munera alicui *Cic. pro. Cluent. 52.*
 Afficere aliquem muneribus *Cic. curion. l. 2. ep. 2.*
 Cumulare aliquem muneribus *Virg. 5. Aeneid. 107.*
 Beare aliquem muneribus *Horat. ep. 19. 16.*
 Colere aliquem donis *Curt. l. 3. c. 7.*
 Supremis muneribus decorare aliquem *Virg. 11. Aeneid. 5.*
 Exornare aliquem donis *Stat.*

Beschäftiget seyn.

- Occupatum esse *Cic. ep. Fam. 271.*
 Negotiis implicari *Cic. 1. de Nat. Deor. 17.*
 Negotiis impediri *Cic. 13. offic. 41.*
 Occupationibus distineri *Cic. ep. Fam. 271.*
 Occupationibus implicari *Cic. 1. de Nat. Deor.*
 Occupationibus impediri *Cic. 1. offic.*
 Distringi negotiis *Plin. l. 5. ad Max. Ep. 100.*

Besitzen.

- Possidere aliquam rem *Cic. 1. de leg. Agr. 6.*
Cic. pro Quint.
 Esse in possessione bonorum *Cic. pro Cecin. 13.*
 Tenere possessiones paternas *Cic. Trebat. l. 7. 21.*
 Usurpare possessionem *Cic. 3. de Orat. 61.*

Den Besiz oder Possession der G. hat er erlangt.

Possessionem bonorum jam sibi acquisivit.
 Possessionem bonorum adeptus est.
 Est in bonis.
 Fortunas domesticas jam possidet.
 Possessionem bonorum tenet.
 Fortunarum jam est Dominus ac Rector.

Vom Besiz abgetrieben werden.

Exturbari è possessione bonorum *Cic. pro syll. 53.*
 Moveri possessione *Cic. 3. Verr. 81.*
 Dimoveri de possessione *Cic. 2. de Leg. Agr. 12. 25.*
 Possessione bonorum pelli *Cic. pro Milon. 55.*
 Deturbari de possessione *Cic. cornif. 6.*
 Depelli possessione *Cic. 3. de Orat. 60.*
 Dejici de possessione *Cic. 2. de Leg. Agr. 80.*

Einen bestraffen mit Worten.

Reprehendere aliquem *Cic. in Orat. 14.*
 Redarguere aliquem *Cic. pro Cluent. 49.*
 Graviter invehi in aliquem *Cic. 3. de orat. 2.*
 Castigare aliquem verbis *Cic. 1. offic. 125.*
 Insectari & invehi in aliq. acerbius *Cic. de Amic. 51.*
 Corripere aliquem verbis *Ovid. 18. ep. 5.*
 [Substantivum redargutio barbarum est: dicas ergo
 cum Latins reprehensio, castigatio.]

Einen betriegen.

Fraudare aliquem *Cic. pro Ros. com. 9.*
 Decipere aliquem *Cic. 2. de Divin. 174.*
 Fallere aliquem *Cic. pro Ros. Com. 9.*
 Decipere aliquem dolis *Plant. Rud.*
 Deducere aliquem in fraudem *Plane. Cic. l. 10. 23.*
 Facere alicui fraudem *Cic. Attic. 4. 81.*
 Inferre alicui fraudem *Liv. 7. Bell. Pun. 56.*

Fucum facere alicui *Terent. in Eunuch.*
in transennam inducere *Plaut. in Pers.*

Dare verba *Pers. 4. Satyr.*

Meine Hoffnung hat mich betrogen.

Spes me fefellit.

Spes me frustrata est.

Falsa me lactavit opinio.

Falsa me spes aluit.

Spes me decepit.

Opinione deceptus sum.

Einen betrüben / traurig machen.

Afficere aliquem tristitiâ *Cic. Attic. l. 6. 114.*

Inferre alicui mœstitiâ *Cic. 1. Tusc. 170.*

Adducere aliquem in sollicitudinem *Cic. Ep. Fam. 251.*

Dolorem cruciatumque alicui adferre *Cic. Ep. Fam.*

417.

Contorquere aliquem ad tristitiâ *Cic. 2. de Orat. 4.*

Contristare aliquem *Cic. Fam. ep. 144.*

Betrübt seyn / traurig seyn.

Mœrere *Cic. de Amic. 13.*

Dolere *Cic. in Vatim. 24.*

Dolorem capere ex aliq. re *Terent. And. 4. 3.*

In mœstitiâ esse *Cic. 2. Philip. 56.*

Animo angî *Cic. de clar. Orat. 4.*

Mœrore confici *Cic. ep. fam. 354.*

Doloribus affici *Cic. Lept. l. 6. ep. 19.*

Betrübt bin ich wegen deines Leydens.

Tristitiâ afficior ex miseria tua

Ex tuis miseriis dolorem haurio acerbissimum.

Tuæ me calamitates graviter afficiunt.

Tuæ me miseriæ miserrimum faciunt.

Dolores tui me summè cruciant.

Miserrimum vitæ tuæ statum iniquissimè fero.

Das Bett machen.Sternere lectum *Ter. Heaut. 1. 1.***Bewegen.**Movere *Cic. 3. Verr. 81.*Commovere *Cic. 4. Verr. 58.*Motare *Virg. 6. Ecl. 6.*Ciere *Cic. 2. de Nat. Deor. 34.*Incitare *Cic. 4. Acad.*Concitare *Cic. 4. Acad. 259.*Impellere *Cic. 1. de Orat. 62.***Du bewegest mich zum Zorn/wiewohl ich nicht gern zörne.**

Ad iram me commoves etsi non sim proclivis ad iracundiam.

Bilem mihi moves, licet iracundiæ non sim deditus.

Stomachum mihi facis, etsi ad iram non sum propensus.

Stomachum mihi moves, licet ab irâ sum alienus.

Ad iram me incitas, licet ab ira absim, quam quilon-
gissimè.Ad iram me provocas, licet non facile commovear
ad iram.Ad iracundiam me inducis, quamvis juris in me ira
parum habeat.**Eine Stadt bewohnen.**Colere urbem *Cic. ad coel. 1. 2. 11.*Incolere urbem *Nep. Mil. c. 5.*Habitarè urbem *Virg. 3. Aeneid.*Habitarè in urbe *Terent. And. 4. 6.***Bezahlen.****Bezahlen kan ich nicht.**

Non sum solvendo.

Non habeo, unde solvam.

Non

Non suppetit, unde creditoribus satisfaciam.

Einen bitten.

Orare atque oblectare aliquem *Cic. 4. Verr. 29.*

Orare atque obtestari aliquem *Cic. pro Planc.*

Rogare atque orare aliquem *Cic. 4. Verr. 67.*

Etiam atque etiam orare aliquem *Cic. Attic. l. 11. 209.*

Multis & supplicibus verbis rogare aliquem *Cic. Attic. l. 12. 249.*

Precari aliquem *Cic. 6. Verr. 63.*

Orare aliquid ab aliquo *Plant. Amphit. 3. 64.*

[*Substantivum Oratio Latina Lingua Auctoribus nunquam (quod ego sciam) precationem notat. Non ergo dicendum; Oratio, sed precatio Dominica, Das Gebät des Herren.*]

Eine Stadt dem Boden gleich machen.

Solo æquare aliquam urbem *Liv. 6. ab urb. 64.*

Einen Brieff zusammen legen / falschen.

Complicare Epistolam *Cic. Attic. 12. 232.*

Einen Brieff aufffangen.

Intercipere literas alicujus *Cic. ad Q. Fr. l. 5. 24.*

Einen Brieff auffbrechen.

Aperire literas *Cic. 3. in Catil.*

Literas resignare *Cic. 3. ad Attic. l. 11. 217.*

Vincula epistolæ laxare *Nep. Pausan. c. 4. 1.*

Signum epistolæ detrahere *Nep. Paus. cap. 4.*

Relinere epistolam *Cic. ad Attic. l. 1. 8.*

Conscindere epistolam *Cic. ep. Fam. l. 7. 18.*

Einen Brieff zumachen / versiegeln.

Obsignare literas *Cic. ad Brut. 2. 1.*

Consignare literas *Plant. Pers. 13. 12.*

Imprimere sigillum epistolæ *Cic. 4. Acad. 99.*

Epistolam signare Tibull. l. 4. Eleg. 7. 2.

[Vocabulum *Littera*, in sing. pro epistola, quod saepius apud Poetas occurrit, respublica litteraria non admittit, atque eo sensu nunquam apud Prosa Oratoris scriptores invenitur. vid. Valla l. III. in Dog. Antid. p. CCCXXII.]

Einem einen Brieff überbringen.

Reddere alicui literas Cic. 2. Phil. 64.

Tradere alicui epistolam Cic. 2. Phil. 64.

Perferre alicui literas Cic. curion. l. 2. s. 2.

Deferre alicui literas Plaut. Trin. 13. 104.

Deferre literas ad aliquem Cas. Bell. Gall. 170.

[Vulgus Latinorum literas commendatitias hodie ita exorditur, Exhibitor harum literarum &c. Sed sine ullo probati Scriptoris exemplo. Latinus dicerent; Perlator harum literarum cum Symmacho Ep. 5. 30. Optimè autem cum Cicerone (vixit enim Symmachus demum seculo aeneo) 13. Ep. 6. Qui tibi has reddidit, qui tibi has tradidit.]

Bringen.

Ferre Plaut. Afn. 12.

Adferre Cic. pro Quint.

Apportare Cic. 5. Verr.

Comportare Cic. in Pison. 17.

Du bringst die Sach auff die lange Bahn.

Rem differs.

Rem in longum tempus protrahis.

Rei moram facis.

Rei moram injicis.

Ad longum temporis spatium rem prorogas.

In longum tempus rem procrastinas.

In longum temporis spatium rem suspendis.

Rem

Rem in longas moras producis.

Du bringst mich in grosse Noth.

In magnas me compellis angustias.

In magnas rerum difficultates me conjicis.

Ein Buch schreiben.

Scribere librum *Ouid. 4. de Pont. Eleg. 13.*

Componere librum *Cic. 1. de leg. 21.*

Conficere librum *Cic. 1. de lege 21.*

Condere librum *Liv. 7. Bell. Pun.*

Elucubrari librum *Cic. Attic. lib. 7. 137.*

Ein Buch lassen aufgehen/ansprechen.

Edere librum *Cic. 4. Acad. 24.*

Librum divulgare *Cic. Attic. l. 12. 254.*

Librum vulgare *Quintil. in proem. l. 1. 7.*

Emittere librum *Quintil. in proem. lib. 6. 3.*

Deine Bücher werden hochgeacht.

Summis encomiis libri tui efferuntur.

Magni ab omnibus æstimantur libri tui.

Magni ponderis sunt apud omnes libri tui.

Præclare de tuis libris omnes existimant.

Sentiunt omnes bene de libris tuis.

Libri tui magno sunt in honore apud omnes.

Codices tui in omni æstimatione habentur.

Omnes libros tuos legendi desiderio tenentur.

Bürg werden für einen.

Spondere pro aliquo *Cic. ad Attic. lib. 12. 141.*

Fidem suam interponere *Cic. pro Rosc. Amerin. 67.*

Bürgen setzen.

Vadem dare *Cic. 2. de Finib. 127.*

Satisdare *Cic. pro Quint. 15.*

Cautionem præstare *Senec. de Benefic.*

Dare prædem *Gell. lib. 7.*

Leinen zur Bürg-Setzung zwingen.Vadari aliqsem *Cic. pro Quint.*Vadimonium imponere alicui *Cic. pro Quint.*Vadimonio obstringere *Cic. pro Quint.*

Bürger.

Sey ein guter Bürger.

Fac, bonum civem te præbeas.

Da operam, ut boni civis officio satisfacias.

Cave, ne boni civis officium prætermittas.

Fac, ea præstes, quæ bonum civem decent.

Omnibus cum animi tum corporis viribus in id incumbe, ut bonus civis audias.

Die Bürgerschaft erlangen.**Er hat die Bürgerschaft erlangt.**

In album civium inscriptus est.

In album civium relatus est.

Inter cives relatus est.

Civitate donatus est.

Jus civitatis consequutus est.

Ad jura muneraque civitatis admissus est.

Ascivit civitatem.

In civitatem receptus est.

Bürgermeister seyn.Fungi consulatu *Cic.*Perfungi consulatu *Cic. Lent. l. 1.*Gerere consulatum *Cic. 2. de leg. Agr. 22.*Agere consulem *Liv. 4. ab urb. 244.*Titulum consulatus iustinare *Cic. in Pis. 14.***Buß thun / sich bekehren.**Respicere *Cic. ad Attic. l. 4. 76.*Vitia virtutibus emendare *Nep. Them. c. 1. 1.*Pœnitentiam agere *Val. Max. VII. 2.*Ad frugem redire *Lampr. in Heliog.*

[Nota interim, phrasin pœnitentiam agere, ferme, semper à veteribus usurpari per Genitivum. Sic Curtius 8. 6. pœnitentiam ejus (Sceleris) ageret. Sic etiam Plinius lib. 7. Ep. 10. Quin ne unicum quidem locum, ubi Gignendi casus omittatur, præter supra citatum, observare potui.]

D.

Einem danken / Dank sagen.

- A** Gere alicui gratias Cic. 1. Phil. 2.
 Habere alicui gratiam Cic. 1. in Catil. 7.
 Habere gratias Terent. Andr. act. 4. Scen. 5.
 Reddere alicui gratias Cic. pro Planc. 55.
 Reddere alicui gratiam Cic. 2. offic. 101.
 Referre alicui gratiam Cic. Attic. l. 2. 24.
 Virtutem alicujus gratâ memoriâ prosequi Cic. 14. Phil. 44.
 Venerari aliquem laude atque gratiis Tacit. l. 12.
 Gratum se præbere alicui Cic. pro Planc. 74.
 Grato animo prosequi nomen alicujus Cic. 4. Phil. 135.
 Agere alicui grates Cic. in somn. scip. 2.
 [Nota. Agere grates sæpius apud Poetas occurrit, quàm apud Oratores. Poeta enim necessitate versûs, ago gratias sæpiissime dicere non possunt. Queritur autem quanam sit differentia inter has phrasas, ago gratias, habeo, refero ac reddo? Agere gratias (inquit Valla Eleg. lib. 5. cap. 41.) est verbo, quod quidam barbarè dicunt regratior. Habere gratiam vel gratias in animo. Referre sive reddere gratias, est factio. Hinc Plancus ad Ciceronem; Immortales ago tibi gratias, agamque, dum vivam. Nam relaturum me affirmare non possum &c. Cæterum frequentius est; refero gratiam, quàm habeo gratiam.]

tiara: Item frequentius, habeo gratiam, quam ago gratiam. Vix enim audivimus, ago gratiam, sed gratias. Et rarò, refero gratias, sed gratiam.]

Dankbarkeit / dankbares Gemüth.

Grati animi significatio Cic. de Amicit. 45.

Memoria beneficiorum Cic. pro Planc. 1.

Gratus animus Cic. 4. Verr. 124.

Memor beneficii animus Cic. proleg. Agr. 34.

[Substantivum gratitudo quod hodie frequentissimum, nusquam apud Classicos legitur. Vocabulum ingrati- tudo paulo melioris nota esse videtur. Occurrit enim apud Cassiodorum, seculi ferrei Scriptorem lib. 5. 8.]

Dankbar wirst du mich finden alle zeit.

Dum vivam, me tibi gratum præbebo.

Semper in me memorem beneficiorum tuorum ani- mum invenies.

Donec vixero, operam dabo, ut officia tua paribus à me compensentur officiis.

Beneficia tua nulla unquam oblivio ex animo meo delebit.

In omni vitæ meæ cursu nihil mihi prius, nihil poste- rius, antiquiusque erit, quàm cogitare, ut collata in me beneficia refundam.

Quoad vivam, concendam omni studio, ut me memo- rem beneficiorum tuorum exhibeam.

Vigebit in me tuorum beneficiorum æterna & nun- quam interitura memoria.

Davon Kommen.

Elabi Cic. 1. de Divinat. 84.

Effugere Cic. 2. Phil. 79.

Se Subducere Cic. Q. Frat. 1. 3. 22.

Se subtrahere *Cic. Q. Fr. l. 2. 10.*

Huc pertinet elegans illa Epizeuxis, quã utitur Cice-
ro Orat. 1. in Catil.

Abiit,
Excessit,
Eruptit,
Evaluit.

Darvor und dargegen disputiren.

In utramque partem disputare *Cic. 11. Ep. 29:*

In utramque partem disputationem habere *Casf. B.G.*

3. c. 30.

[*Phrasis pro & contra disputare βαρεσιζει.*]

**Den Degen aufziehen/ vom Leder
zucken.**

Distringere gladium *Cic. 3. offc. 153.*

Educere gladium è vaginã *Cic. 2. de Invent. 131.*

Nudare gladium *Liv. 8. Bel. Pun. 172.*

Stringere gladium *Virg. 12. Aeneid. 56.*

Detegere ensẽm vagina *Sil. l. 13. 34.*

Diripere ensẽm vagina *Ovid. 10. Metam. 95.*

Ducere ensẽm *Senec. Oedip. 12. 5.*

Èxuere ensẽm vagina *Stat. 9. Thebaid. 16.*

Liberare ensẽm vagina *Ovid. 6. Met. 110.*

[*At evaginate est verbum à pura Latinitate alienum.*]

Den Degen wieder einstecken.

Recondere gladium in vagina *Cic. 2. de Nat. Deor. 53.*

Recondere gladium in vaginam *Cic. 2. de Invent. 131.*

Referre ensẽm vaginã *Sil. l. 7. 103.*

Clandere ensẽm *Luc. l. 5. 49.*

Tegere ensẽm vagina *Horat. 2. Satyr. 8.*

**Mit einem blossen Degen einẽm nachs
jagen/nacheylen.**

Stricto gladio aliquẽm insequi *Cic. 2. Phil. 44.*

Districto gladio aliquem persequi Cic. 3. offic.

Nudato gladio premere vestigia alicujus Liv. 8. Bell.
Pun.

Den Degen umgürten.

Cingere se gladio Liv. 8. ab Urb. 38.

Latus ense cingere Ovid. 2. Fast. 157.

Adcommodare ensem lateri Sil. l. 5. 29.

Accingere se gladio Virg. 2. Aeneid. 2. 120.

Sich demüthigen / sich demüthig erzeigen.

Submittere se Cic. in Lat. c. 20.

Submissè se gerere Cic. 1. offic. 26.

Humiliare se Salvian. lib. 6.

[Nota, Verbum humiliare secula ferreo demum usurpatum, adeoq; semibarbarum est. Nec est, quod objicias verba Ciceronis ex 2. Nat. Deor. Animalia humiliata, ut cibum terrestrem facillè rostris contingant. Nam non esse hac genuina Ciceronis verba, jam pridem Viri Celeberrimi Sturmius, Schrevelius, Godofredus, aliq; multi notarunt, genuina ita effari: Atque etiam aliorum ea est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facillè contingant. Injuria ergo Ciceronem afficiunt, qui ipsi vocem semibarbaram affingunt.]

Demüthig.

Submissus Cic. 1. offic. 26.

Manfuetus Cic. 1. de Invent. 4.

Demissus Cic. Lentul. lib. 1.

Modestus Cic. Brut. lib. 13.

Humilis Spartian. Vit. Julian. c. 9.

[Nota. Illud propriè dicitur humile, quod humi repit & altitudini opponitur. Was Niedrig ist. Hoc tantum sensu occurrit apud Ciceronem 2. Nat. Deor. Et 1. Fin. c. 15. Plin l. 7. Ep. 20. Curt. 7. c. 4. Et alios omnes seculi
aurei

aurei & argentei Scriptores. Seculo aneo demum acceptum fuit pro modestus.]

Demüthig seyn/ Stehet einem Christen wohl an.

Humilitas ornat Christianum.

Decet Christianum esse demissum.

Christianum à superbiâ quàm longissimè abesse decet.

Decet Christianum submissi esse animi.

Christianum modestiæ & humilitati studere decet,

Christiani est modestiæ operam dare.

Decet Christiano ab arrogantiæ crimine longe abesse.

Denckwürdige Sachen verrichten.

Res memoriâ dignas gerere *Nep. Chsbr. c. 1.*

Res memorari dignas expedire *Id.*

Derhalben.

Ideo *Cic. 6. Verr. 7.*

Igitur *Cic. pro Ligat. 1.*

Idcirco *Cic. 7. Verr. 18.*

Propterea *Cic. pro Quintio 15.*

Itaque *Cic. 1. Acad. 7.*

Quapropter *Cic. 4. Verr. 126.*

Eâ de causa *Cic. 1. offic. 1.*

Ea re *Cic. 3. offic. 70.*

Eam ob rem *Terent. Phorm.*

Hac de causa *Cic. Attic. lib. 6.*

Der Meynung/zu dem End:

Eâ intentione *Quintil. l. 8.*

In eum finem *Liv. 10. Bell. Pun.*

Eo consilio *Cic. Lentul.*

Eâ mente *Cic. Attic. l. 8.*

Eum in finem *Cic.*

Der Wahrheit gemäß.

Verisimile Cic. pro Rosc. Amer. 34.

Veritati consentaneum Cic.

A vero non alienum Cic. 4. Acad.

Dichten/ein Gedicht machen.

Fingere Cic. pro Dom. sua 59.

Effingere Cic. 1. de Nat. Deorum 88.

Condere poëma Cic. ad Attic. l. 1. 11.

Componere carmen Cic. pro Mur. 22.

Componere versus Horat. 1. ser. Satyr. 4. 2.

Pangere carmen Lucret. l. 42.

Facere carmen Cic. 4. Tusc. 7.

Contextere carmen Cic. pro Cal. 13.

[Male vocabulum fictitius, tanquam minus Latinum à Cl. Vossio l. 3. de vit. serm. c. 12. rejicitur. Occurrit enim apud Plin. 21. 1. Etiam in compositione apud Varronem de Re Rust. 3. 12. De voce figmentum adhuc minus ambigendum: Licet enim illa non adhibita legatur à Cicerone. (Nam locus Ciceron. 2. de orat. quem Forum Romanam adducit, corruptus est, & figmentum pro pigmentum positum, ut ex omnibus editionibus liquet) adhibita tamen deprehenditur à Gellio 5. 12. & Apulejo 4. Metam. p. 155. aeneæ Latinitatis Scriptore. Commentitius interim est Cicero l. 2. de Nat. Deor. 28.]

Diebstahl beghehen/berauben/bestehlen.

Furari Cic. 6. Ferr. 28.

Furtum committere Cic. de clar. Orat. 115.

Furtum admittere Cic. Attic. l. 9. 173.

Furtum facere Plaut. Bacch. 2. 60.

Furto aliquid subducere Luc. l. 2. 34.

Surtipere Cic. 2. de Invent. 160.

Spoliare Cic. Fam. Ep. 9.

Despoliare Cic. Attic. l. 7. 128.

Expi-

Expilare Cic. pro leg. Manil. 39.

Auferre Cic. pro Quint. 157.

Einem dienen / Dienst erweisen.

Servire utilitati alicujus Cic. 1. Perr. 35.

Tribuere officium alicui Cic. Fam. Ep. 53.

Præstare officium alicui Balb. Cic. in Ep ad Att. l. 1. 78.

Adhibere officia erga aliquem Cic. Fam. Ep. 277.

Gratificari gratiam Sallust.

Conferre officia in aliquem Cic. pro Flac. 41.

Facere gratum alicui Cic. Attic. l. 15.

Navare operam alicui Cic. lib. 2. de Orat. 15.

Dare operam alicui Cic. de clar. Orat. 169.

[Nota. Phrasis gratum facere, & verbum gratificor differunt: Gratum facere significat quiddam minus, & prope idem quod obsequi & inservire. Gratificari autem quiddam majus, & idem est, quod beneficia alicui conferre. Vid Vallam. Eleg. l. V. c. i. XXVI.]

Ich will dir bey gegebener Gelegenheit gern dienen.

Datâ occasione, tibi officia præstare non desinam.

Oblatâ occasione, officia tibi tribuere paratus ero.

Si accidit, ut officia in te conferre queam, libenter conferam.

Si accidit, ut operam navare tibi possim, faciam.

Si officia in rem tuam fore sciam, nullam ea erga te adhibendi occasionem prætermittam.

Dingen ein Knecht oder Magd.

Conducere servum

Conducere ancillam

} Plant. Aul. 9. 1.

Dir gebürt es zu thun.

Te decet hoc facere.

Tibi convenit.

Tibi decet.
 A te requiritur.
 Tuum est munus.
 Tuarum est partium.
 Tui est officii.

Dir ist es bekand.

Tibi compertum est.
 Tibi constat.
 Tibi notum est.
 Tibi exploratum est.
 Tu habes perceptum.
 Tu habes perspectum.
 Tu habes compertum.
 Tu habes exploratum.
 Non te clam est.

Du bist mir willkommen.

Desideratus ades.
 Opratus mihi ades.
 Exoptatus ades.
 Mihi optato venis.
 Adventus tuus mihi opratissimus est.
 Adventus tuus mihi maximo est gaudio.
 Adventu tuo maximè delector.

Dunckel machen, verbunckeln.

Obscurare aliquam rem *Cic. 1. in Catil. 4.*
 Inobscurare aliquam rem *Cic. 9. Philipp. 263.*
 Noctem offundere rebus *Cic. 1. de Nat. Deor. 10.*
 Tenebras offundere rebus *Cic. 3. Tusc. 139.*
 Tenebras obducere rebus *Cic. 4. Acad. 32.*
 Obnubilare aliquid *Gell. l. 1. c. 2.*

Dulcen/ ein Sach gedultig ertragen.

Moderato animo ferre aliquam rem *Cic. Fam. Ep. 79.*
 Moderatè ferre aliquid *Cic. Fam. Ep. 79.*

- Placatè ferre aliquid *Cic. Fam. Ep. 48.*
 Toleranter ferre aliquid *Cic. Fam. Ep. 48.*
 Patienter ferre aliquid *Cic. Fam. Ep. 8.*
 Æquo animo ferre aliquid *Cic. pro Milon.*
 Quietò & æquo animo ferre aliquid *Cæs. 1. Bell. civil.*

277.

Durchstechen / einen mit dem Degen durchstossen.

- Transfigere aliquem gladio *Liv. 2. ab urb. 201.*
 Infigere alicui gladium in pectus *Cic. 4. Tusc. 76.*
 Transverberare aliquem ense *Cic. Mar. l. 7. 1.*
 Trajicere aliquem gladio *Ovid. Ep. 2. 28.*
 Transfodere aliquem gladio *Val. 6. Arg. 45.*
 Transfigere aliquem gladio *Tacit. l. 14.*
 Condere ensẽ in pectore alicujus *Virg. 9. Æneid. 72.*
 Transfigere ensẽ per pectora alicujus *Sil. l. 13. 75.*
 Perfodere aliquem gladio *Gell. l. 3. c. 7.*

Dürsten / Durst haben.

- Sitire *Cic. in Pison. 48.*
 Sitim concipere labore *Ovid. 5. Metam. 91.*
 Siti premi *Plin. l. 38. 8.*
 Siti accendi *Cels. l. 3. c. 6.*
 Siti ardere *Claud. 1. in Ruff. 1.*

Den Durst löschen.

- Excutere sitim *Senec. Herc. Oet. 8. 10.*
 Compescere sitim *Ovid. 4. Met. 20.*
 Defendere sitim fonte *Sil. l. 7. 43.*
 Pellere sitim *Horat. 2. carm. ode. 2. 3.*
 Depellere sitim potionẽ *Cic. 1. de Fin. 58.*
 Explere sitim *Cic. de senect. 24.*
 Restinguere sitim *Virg. 5. Eclog. 10.*
 Extinguere sitim *Ovid. 7. Metam. 116.*
 Sedare sitim *Lucret. l. 2. 133.*
 Sistere sitim *Ovid. 3. Pont. eleg. 1.*

Von

Von Durst sterben.

Siti enecari *Cic. Tusc. quest. l. 1.*Siti consumi *Ces. 8. bell. Gal. 147.*

Siti penire.

E.

Die Ehe brechen.

Adulterari *Cic. 1. offic. 187.*Adulterare *Sueton. in Aug. cap. 67.*Adulterium admitttere *Cic. pro Rosc. Amer. 38.*Adulterium facere cum aliquo *Catull. ad Jan. Epigr. 62. 8.*Jura legitimi tori fallere *Ovid. Ep. 15.*Mæchari *Catull. Epigr. 95.*Adulterium committere *Quintil. l. 6. c. 3.*Violare torum *Senec. Octav. 4. 19.*Stupro lædere thalamum *Senec. Herc. fur. 6. 31.*

[Qua differentia sit inter adulterium & stuprō ostendit
Valla. Eleg. l. VI. c. XLV. ex Papiniano, his verbis: Ad-
ulterium proprie committitur in nuptam, propter
partum ex adulterio conceptum, composito nomine.
Stuprum vero in virginem & viduam committitur.]

Einen ehren/ Ehr anthun.

Honorare aliquem *Cic. 1. de Divin. 147.*Afficere aliquem honore *Cic. pro Desot. 9.*Præstare alicui honorem *Cic. 9. Phil. 264.*Tribuere alicui honorem *Cic. 3. de Finib. 110.*Habere alicui honorem *Cic. pro Flacc. 35.*Facere alicui honorem *Cic. 9. Phil. 261.*Habere aliquem in honore *Cic. ad Attic. l. 7. 122.*Impertire aliquem honoribus *Plaut. Aulul. 3. 19.*Decorare aliquem honoribus *Cic. pro Corn. Balb. 11.*

In den Ehestand sich begeben. Vide
Heyrahen.

Eh

Ehren solt du deine Eltern über alle Menschen.

Parentes tuos summo prosequeris honore.

Parentes tuos ante omnes homines coles.

Tuarum partium est, ut parentes tuos summo afficias honore.

Tui revereri est, ut parentibus tuis summum tribuas honorem.

Tui officii est, ut parentes tuos venereris.

Tibi decet, ut parentes tuos eximia reverentia prosequaris.

Te decet parentes tuos in summo habere honore.

Tuum est, parentibus tuis summum habere honorem.

Tuæ partes sunt, ut parentes tuos summis honorum titulis afficias.

Einäugig.

Unoculus *Plaut. Curcul. Act. 3. Scen. I.*

[*Vocabulum monoculus ex Graeca & Latina Lingua mixtum ad ultimos Garamantas ablegetur.*]

Einiger massen.

Aliquo modo *Plaut. Stich. 10. 41.*

Aliqua ratione *Cic. Canin. l. 2. 16.*

Quodammodo *Cic. de Amicit. 27.*

Aliquo pacto *Plaut. Rud. 31. 46.*

Aliquatenus *Columell. 4. 3.*

Quadamtenus *Plin. 26. 10.*

[*Nota. Aliqualiter etsi hodie saepe, minus tamen Latine dicitur. Nec videtur Adjectivum aliqualis multo melioris commatis esse.*]

Einmüßiglich.

Una mente *Plaut. casin. 8.*

Uno

Uno animo *Liv. 9. c. 31.*

Concordissimè *Cic. pro Rab. c. 5.*

Uno ore *Senec. Ep. 81.*

Unanimiter *Oros. 4. 6.*

[*Ultimum hoc adverbium cum demum seculo aeneo sit in Latium introductum, rariùs usurpetur.*]

Einnüchig ist diß Urtheil.

Ità omnes una mente sentiunt.

Ità omnes uno animo judicant.

Ea est omnium sinè varietate sententia.

Sic omnes concordissimè censent.

Hæc sententia uno ore approbatur.

Hæc sententia omnium judicio confirmatur.

Einen ins Elend verschicken/treiben/ verjagen.

Ejicere aliquem in exilium *Cic. 2. in Catil. 33.*

Pellere aliquem in exilium *Cic. 2. de Orat. 30.*

Projicere aliquem in exilium *Cic. anteq. irtet in
exil. 19.*

Mittere aliquem in exilium *Ovid.*

Afficere aliquem exilio *Cic. in Parad. 38.*

Exigere in exilium *Justin.*

Multare aliquem exilio *Cic. pro Cecin. 72.*

In exilium aliquem depellere & agere *Plin. l. 7. c. 36.*

Ins Elend gehen oder ziehen.

In exilium proficisci *Cic. 1. in Catil. 17.*

Ire in exilium *Cic. Quint. l. 6. 4.*

Meditari exilium *Cic. ad Attic. l. 14. 371. 2.*

Fugam meditari & exilium cogitare *Cic. 1. in Catil. 19.*

Recta pergere in exilium *Cic. 1. in Catil. 17.*

Petere exilium *Lucan. l. 3. 23.*

**Hey dieser elenden Zeit ist niemand/ dem
seine Sachen wohl fortgehen.**

In hoc tam misero temporum statu nullius res feliciem capiunt successum.

In hac tam infelici temporum conditione, nemo est, cui res ex animi sententia succedat.

His tam miseris temporibus nullius res prosperum sortiantur effectum.

In hac malorum colluvie nemini res bene succedunt.

Nemo est, cui hæc calamitosa tempora non adferant bonorum detrimentum.

Einen gefänglich einziehen / confer gefangen nehmen.

Mittere aliquem in carcerem *Cic. 4. in Catil.*

Conjicere aliquem in vincula *Cic. 7. Verr. 14.*

Ducere aliquem in vincula *Cic. 1. in Cat. 20.*

Includere aliquem in custodiam *Cic. Verr. 7. 91.*

Mandare aliquem vinculis *Cic. 4. in Catil.*

Abripere aliquem in vincula *Cic. pro Cluent. 72.*

Deducere aliquem in carcerem *Cic. 2. de invent. 229.*

Condere aliquem in custodiam *Liv.*

Includere aliquem in carcerem *Cic. 7. Verr. 91.*

Includere aliquem in carcere *Cic. Attic. l. 2. 16.*

Injicere alicui vincula *Liv. 8. Bell. Maced. 138.*

Conjicere aliquem in catenas *Liv. 9. bell. Pun. 107.*

Eltern. Die Eltern sollen ihre Kinder in der Forcht Gottes aufferziehen.

Decet parentes liberos suos in timore Dei educare.

Parentibus convenit liberis suis in primis pietatem commendare.

Parentum est, liberos suos ad timendum Deum incitare.

Parentum prima debet esse cura, ut liberi in timore Dei educantur.

Qui

Qui liberis suis consultum volunt, eos inprimis ad pietatem instigunt.

Id inprimis parentibus debet esse curæ, ut liberi sui ab ineunte ætate Deum timere discant.

Einem freundlich empfangen.

Excipere aliquem humaniter *Cic.*

Excipere aliquem hilari admodum & benigno vultu
Liv. Bell. Pun 63.

Compleri aliquem humaniter *Cic.*

Comiter aliquem excipere *Ovid. 2. Fast. 158.*

Comprehendere aliquem humanitate *Cic. ad C. Cas. l. 13. 16. 6.*

Er empfänge gar freundlich die Frommen.

Pios humaniter excipit.

Completitur humillimè eos, qui operam dant pietati.

Pietatis studiosos hilari admodum & benigno excipit vultu.

Eorum animos amore devincit, qui virtutibus student.

Egregios pietate homines omni humanitatis genere excipit.

Eine Sache endigen.

Finire aliquam rem *Cic. 1. de Fin. 75.*

Ad finem perducere aliquam rem *Cic. 2. de Inven. 247.*

Ad finem deducere aliquam rem *Nep. Epam. c. 3.*

Finem alicujus rei facere *Nep. Dion. c. 2. 1.*

Finem facere alicui rei *Plant. Afin. 12. 15.*

Finem alicujus rei dare *Virg. Aneid. 49.*

Ferre finem alicui rei *Virg. 3. Aneid. 92.*

Imponere finem alicui rei *Virgil. 4. Aneid. 128.*

Adferre finem alicui rei *Quintil. l. 5. c. 10.*

Einem entgegen gehen.

- Obviam ire alicui *Cic. pro Mur. 61.*
 Obviam procedere alicui *Cic. 4. Verr. 45.*
 Obviam prodire alicui *Cic. pro Mur. 62.*
 Obviam fieri alicui *Cic. pro Milon. 20.*
 Obviam venire alicui *Nep. Hannib. c. 4.*
 Obviam descendere alicui *Nep. Alcib. c. 6.*
 Obviam se dare alicui *Liv. 1. ab urb. 67.*
 Obviare alicui *Macrob. somn. 1. 6.*

[Verbum obviate seculo aëo in Latium inductum est à Macrobio, Vegetio, Grotio, Hieronymo & Mamer-
 to: Seculi aurei & argentei Scriptoribus prorsus inan-
 disum. Allegatur quidem ad fidem faciendam à quibus-
 dam Sallustius: Veram frustra: cum in Jugurth. c. 5. pro-
 batissimi codices habeant, obviam itum est, non ob-
 viatum.]

**Entgegen will ich ihm gehen/ Freunds-
schafft halben.**

- Obviam ei procedam amicitia ergo.
 Obviam ipsi ibo, prodibo, veniam, amicitia gratia.
 Obvium me ipsi offeram, ut officium amicitia debi-
 cum persolvam.
 Obviam ei descendam vel ascendam, ut id, quod ami-
 citia postulat, præstem.

**Einem entgegen seyn/ sich einem widerer-
setzen confer widerstreben.**

- Resistere alicui *Cæs. Bell. Gall. 308.*
 Obstistere alicui *Cic. de Senect. 65.*
 Repugnare alicui *Cic. Metell. l. 5. 2.*
 Obviam ire alicui *Cic. anteq. in exil. 6.*
 Obstare alicui *Cic. pro Rosc. Amer. 66.*

Einem entgegen/ entzwischen.

- Effugere *Cic. pro leg. Manil. 15.*
 Evadere *Cic. 3. Verr. 8.*

Elabi *Cic. 3. Verr. 71.*

**Du wirst der Serraff des Richters
nicht entgehen.**

Pœnam judicis non effugies.

*Quocunque etiam fugias, pœnas à judice tibi statu-
tas non effugies.*

*Quocunque etiam te conferas, pœna judicis te
πόδα sequetur.*

*Ubicunque etiam moreris, pœna judicis te manebit.
Judicio non liberaberis, ex judiciis non elaberis, pœ-
na judicis non eximeris, pœnas non vitabis, non
evades, quocunque etiam te recipias.*

Einen enthaupten.

Caput cervicibus abscindere Cic. 11. Philipp. 192.

Securi percutere aliquem Cic. 1. de Finib. 35.

Securi subjicere cervices alicujus Cic. in Pison. 66.

Caput alicui amputare Senec. in Thyest. 8.

Auferre alicui caput Senec. in Oedip. 14. 3.

Decutere alicui caput Ovid. 5. Met. 21.

Demetere caput ferro Senec. in Agam. 13. 17.

Recidere caput Lucan. l. 2. 35.

Decollare aliquem Senec. de Ira 3. c. 18.

Capite truncare aliquem Claud. de Bel. Get. 53.

[Verba decapitare & decervicare Classicis ignota sunt.]

**Einen enterben/ von der Erbschafft
aufschließen.**

Exhæredare aliquem Cic. pro Cluent. 106.

Ab hæreditate excludere aliquem Cic. pro Cluent. 23.

Submovere aliquem de hæreditate Cic.

Jure hæreditatis privare aliquem Nep.

Exuere hæreditatem alicui Tacit. l. 17.

Abdicare aliquem Quintil. l. 7. c. 5.

[Not. Abdicare est expellere à bonis filium, dum vivit pa-

scr. Exhæredare autem post mortem. Vid. Vall. Eleg.
l. 6. 104.]

Ein Kind entwöhnen.

Detrahere alumnus mamma *Plin. l. 11. c. 40. 2.*

Infantem à lacte depellere *Virg. 7. Eclog. 3.*

Infantem à mamma disjungere *Varr 2 de Rust. 1. 20.*

[At ab lactare infantem est quidem phrasis trita, sed
non satis Latina.]

Entschuldigen.

Excusare *Cic. Brut. l. 11.*

Purgare *Cic. pro Cluent. 1.*

Defendere se excusatione *Cic. de Arusp. resp. 4.*

Dare alicui excusationem *Cic. 6. Verr. 3.*

Excusationem adferre *Planc. Cic. lib. 10. 4.*

Excusatione uti *Cic. 2. offic. 100.*

Culpam in alium transferre. *Cic. 3. Verr. 58.*

Es ist unnöthig / daß du dich entschuldigest.

Non est, quod te excuses.

Nihil est, quod te purges.

Excusationem tuam non exspecto.

Haud necessaria est excusatio tua.

Causam excusandi nullam habes.

Erben / zur Erbschafft gelangen.

Adire hæreditatem alicujus rei *Cic. Phil. 2. c. 16.*

Hæreditatem obtinere *Cic. 13. Ep. 29.*

Hæreditatem consequi *Nep. Pompon. 25.*

Attingere hæreditatem *Cic. ad Attic. l. 6. 120. 3.*

Hæreditatem accipere *Quintil. l. 6. c. 3.*

Hæreditate consequi aliq. rem *Cic. pro Dom.*

Hæreditate possidere aliq. rem *Cic.*

[Verbum hæreditate, quod hodie à non paucis usurpatur, barbarum est.]

**Du legest ſübel an/ was du geerbet
hast.**

Hæreditatem, quam obtinuisti, inutiliter consumis.
Bona summis parentum laboribus acquisita dissipas.
Bona, quæ hæreditate possides, leviter erogas.
Patrimonium tuum dilapidas.
Bona magnis parentum tuorum laboribus compara-
ta disperdis.

Quæ tibi hæreditate venerunt bona male impendis.

**Einen zum Erben einsetzen. confer auff
nehmen zum Erben**

Facere aliquem bonorum suorum hæredem *Cic. 2.
Philipp. 59.*

Instituere aliquem bonorum suorum hæredem *Cic. 1.
de Orat. 88.*

Esse alicui hæredem *Cic. pro Cluent. 29.*

Aliquem scribere hæredem *Cic. 1. de Orat. 86.*

Erbarmen.

Misereri *Cic. 1. de Invent. 64.*

Misericordia tangi *Cic.*

Misericordia capi *Cic. pro Quint. 65.*

Misericordia moveri *Cic. 2. de Orat.*

Misericordia commoveri *Cic. 4. Tusc. 28.*

Misericordia affici *Cic. in Partit. 20.*

Miseratione occupari in aliquem *Quintil. lib. 4. 5. 2.*

Induci ad misericordiam *Cic. de clar. Orat. 92.*

**Gott wird sich endlich über die Armen
erbarmen.**

Deus tandem miserebitur pauperum.

Deum tandem miserebitur pauperum.

Deus tandem miseratione movebitur in pauperes.

Deus tandem permovebitur, afficietur, capietur mi-
seratione in pauperes.

Erdichten / erdichten

Excogitare Cic. 6. Verr. 129.

Fingere Cic. 2. in Catil. 30.

Effingere Cic. 2. de Orat. 192.

Meditari Cic. Attic. lib. 9. 190.

[Fingere inquit Vallaeleg. l. 5. c. XLIII. proprie est figuli, qui formas ducit ex Luto. Effingere vero est, ad alterius formam fingere & quodammodo fingendo representare. Quintil. l. X. c. 1. Cic. 11. de Orat.]

Lügen erdichten ist dir nicht frembd.

Mentiri non est à te alienum.

In mendaciis excogitandis frequentissimus es.

Mendacia conflare diu noctuque studes.

Meditando mendacia diem noctemque conjungis.

Fingendis mendacis omne das tempus.

Erfahren.

Experiri Cic. Attic. lib. 7.

Comperiri Sallust. in Jugurtha.

Comperire usu Cic. 4. Acad.

Addiscere Cic. 3. de Orat.

Linen erfreuen/ergerzen/erquicken.

Lætitia aliquem afficere Cic. Fam. Ep. 383.

Recreare mentem alicujus Cic. Attic. l. 1. 2.

Voluptate aliquem perfundere Cic. 4. Tusc. 31.

Cumulare aliquem gaudio Cic. Ep. 166.

Animum alicujus voluptate explere Cic. Ep. 45.

Adferre alicui lætitiã Cic. Ep. 183.

Dare alicui lætitiã Cic. pro Planc. 83.

Prosequi aliquem lætitiã Quint. l. 5. c. 11. 29.

Conjicere aliquem in lætitiã Terent. Heaut. 2. 3. 51.

Expedire aliquem omni molestia Cic. Attic. l. 3. 40.

Eripere alicui dolorem Cic. Attic. l. 9. 163.

Abducere animum alicujus à sollicitudine Cic. Ep. 45.

Abstergere alicui omnem dolorem *Cic. ad Q. Frat. 12.*

Liberare aliquem molestia *Cic. Ep. 55.*

Demere alicui sollicitudinem *Liv. l. 1. Bell. Maced. 95.*

Animum alicujus gaudio explere *Terent. And. Act. 2.*

sc. 2.

Dare alicui voluptatem *Plaut. Amph. 8. 6.*

Ein Sach erlangen.

Consequi aliquam rem *Cic. de Divin. 205.*

Assequi aliq. rem *Cic. 3. de Finib. 35.*

Adipisci aliq. rem *Cic. de Senect. 4.*

Potiri aliqua re *Cic. Attic. l. 7. 141.*

Nancisci aliquam rem *Cic. Brut. lib. 11.*

Comparare aliq. rem *Cic. 2. Offic. 64.*

Acquirere aliquam rem *Cic. ad Planc. lib. 10.*

Du hast grossen Ruhm erlange durch deine Reiß.

Iter tuum tibi magnos peperit honores.

Magnos per iter tuum consecutus es honores.

Eximiam ex itinere tuo adeptus es laudem.

Iter tuum ad non exiguum honoris gradum te evexit.

Non mediocrem laudem tibi per iter tuum acqui-
visti.

Amplissimos ex itinere tuo tibi comparasti ho-
nores.

Erlauben/einem Erlaubniß geben.

Permittere alicui licentiam *Cic. 1. Tusc. 11.*

Dare alicui facultatem *Cic. Attic. l. 6. 113.*

Concedere alicui facultatem *Cic. pro Rabir. 12.*

Copiam alicui dare *Terent. Prol. Heaut. 28.*

Copiam facere alicui *Plaut. Perf. 15. 72.*

Dare alicui licentiam *Cic. 1. offic.*

Facere alicui potestatem *Cic. Fam. Ep. 27.*

Concedere alicui libertatem *Cic. pro Planc. 25.*

[Phra-

[*Phraſis hodierna concedere vacantiam barbara eſt, emendanda per vacationem à ſtudiis*]

Erlöſen.

Redimere aliquem *Cic. 2. de Invent. 183.*

Liberare aliquem ex periculo *Cic. 4. Acad.*

Subtrahere aliquem periculo *Celf. l. 2. c. 8.*

Liberare aliquem periculo *Cic. Attic. 17. l. 8.*

Servare aliquem *Cic. ad Attic. lib. 1. 7.*

Eripere aliquem è periculo *Cic. Brut. 6. 3.*

Salvare *Quintil. l. 12. c. 10.*

Erlöſer/Heyland/Seeligmacher.

Redemptor *Cic. 2. de Divin. 70.*

Servator *Ovid. 4. de Pont. Eleg. 15. 9.*

Liberator *Liv. 4. Bell. Maced. 188.*

[*Vocabulum Salvator, eſi ab Eccleſia frequentius uſurpatur, quam Servator, minus tamen Latinum eſt. Cicero, Oratorum facile Princeps 4. Verr. 109. negat extare Latinum nomen, quod respondeat vocabulo Græco σωτήρ. Verbum ſalvificare etiam ferè σωραγιζει.*]

Sich erluſtigen.

Recreare ſe *Cic. 1. Tuſc. 92.*

Dare ſe jucunditati *Cic. 1. offic. 172.*

Reſicere ſe *Cic. ad Gall. l. 7. 27.*

Hilarare animum *Catull. 58. de Berekynth. & Atty. 4.*

Laxare animum *Liv. 2. Bell. Maced. 13.*

Animum relaxare *Cic. 1. Offic. 172.*

Mentem relaxare *Senec. Hyppol. 4. 18.*

Ernähren.

Alere *Cic. Paradox. 57.*

Nutrire *Cic. in Salluſt. 6.*

Enutrire *Columel. lib. 3. c. 4.*

Fovere *Cic. 2. de Nat. Deor.*

Educare *Cic. de Clar. Orat. 111.*

Erneuern.

Renovare *Cic. 2. Verr. 7.*

Instaurare *Cic. pro Rosc. Amer. 91.*

Redintegrare *Cas. 2. de Bell. Gal. 522.*

Restaurare *Tacit. 1. 3.*

[Instaurare *Latinius est, quam restaurare.*]

Einem erschrecken. Confer Schrecken einjagen.

Terrere aliquem *Cic. Cael. 1. 2. 15.*

Inferre metum alicui *Cic. pro Milon. 53.*

Terrificare aliquem *Virgil. 4. Aeneid. 42.*

Incutere terrorem alicui *Liv. 3. ab Urb. 15.*

Injicere metum alicui *Cic. 4. Verr. 47.*

Afficere aliquem metu *Cic.*

Facere alicui metum *Ovid. 5. Trist. eleg. 11. 6.*

Perterrere aliquem *Cic. pro Cacin. 18.*

In timorem dare aliquem *Plaut. Pseud. 14. 23.*

Incutere timorem alicui *Cic. 2. de Orat. 115.*

Injicere timorem alicui *Cic. 2. de Fin. 53.*

Perterrere facere aliquem *Terent. And. 1. 1.*

Erstarren.

Stupescere *Cic. 3. de Orat. 57.*

Obstupescere *Cic. pro Marcell. 17.*

Obstupescere admiratione *Cic. pro Dejot. 24.*

In stuporem verti *Cic.*

In admirationem rapi *Cic.*

Perculsum esse *Cic. 2. in Catil.*

Animo consternari *Cas. 7. Bel. Gall. 124.*

Einem erstechen. Vid. Durchstechen.

Einem erzornen.

Offendere alicui animum *Cic. Q. Fr.*

Irritare aliquem ad iram *Ovid. 8. Met.*

Stomachum facere alicui *Cic. Lent. L. 1. Ep. 9.*

Blem commovere alicui *Cic. ad Attic.*

Stomachum movere alicui *Cic. Attic. L. 6.*

Itatum facere aliquem *Cic. 1. de Orat. 3.*

Offendere aliquem *Nep. Pomp. c. 2.*

Afficere aliquem ira *Tacit. l. 1.*

Essen.

Edere *Cic. 2. de Finib. 38.*

Comedere *Cic. de Orat. 133.*

Cibum capere *Terent. Eun. Act. 2. Sc. 3.*

Famem explere *Cic. pro Dom. 48.*

Cibo famem depellere *Cic. 1. de Fin. 58.*

Adhibere cibum *Cic. de senect. 32.*

Capessere cibum *Cic. 2. de Nat. Deor. 128.*

Sumere cibum *Plin. Ep. 5. l. 3.*

Uti cibo *Claud. 7. Paneg. 96.*

Ein ewig Gedächtniß sich machen.

Memoriam nominis sui tradere immortalitati *Cic.*

Consecrare sibi sempiternam nominis memoriam *Cic.*

Propagare nomen suum ad sempiternam temporis memoriam *Cic.*

Magnalia	Magna ac miranda.
Magnasimiliter	Magno fortique animo.
Magnificens	Magnificus.
Maxima & Subst.	Axioma, regula.
<i>(Matricula male his adjungitur à Borrichio. Occurrit enim apud Vegetium. lib. 1. c. 20. Latiniore dixerunt Album.)</i>	
Mentaliter	Mente ac cogitatione.
Mediate	Remote, interveniente alio.
Mediator	Conciliator, Sequester.
Medicinaliter	Manu medica.
<i>(Mensurare his male annumeratur à Borrichio, cum sit Vegetii lib. 1. c. 25.)</i>	
Miraculosus	Mirabilis, portentosus.
Mille artifex	Caarus mille artium.
Mingo	Mejo.
Misericorditer	Miseratione aliorum.
<i>(Modernus est Cassiodori: male ergo Cl. Borrichius in merè barbaris ponit.)</i>	
Modifico	Modum construo.
<i>(Mortificare cum sit Tertulliani Resurr. c. 37. cum Cl. Borrichio mere barbaris non adnumeramus.)</i>	
Mollifico	Mollio.
<i>(Molestare non multo melioris est commati.)</i>	
Moneterius	Qui monetam cudit.
Monialis	Virgo Christo dicata.
Montuosus	Montosus.
<i>(Moralitas est Macrolii lib. 5. Saturn. c. 7. adeoq; male huc refertur à Voigtio.)</i>	
Multoties	Crebro, sæpius, identidem.
N.	
Necessitare	Necessitatem adferre.
Neutralis	Neutrius partis.
<i>(Cicero eos, qui barbaris neutrales dicuntur. Epist. 9. 6. otiosos nuncupat. Substantivum neutralitas non minus rectè barbaris adjudicatur.)</i>	

- Barbara** Latina.
Notorie Manifeste, aperre.
 (Nocuus proscriptus à civitate Latina Voigius: verum restituitur auctoritate ipsius Tullii 3. de Leg. 8. Magistratus nec obediens & nocuum civem multa, verberibus, vinculisque coercento.)
- Novendecim** Undeviginti.
 (Nigredo est Apuleii lib. 2. adeoque barbaris non adjudicandum, Latiniore interim sunt Nigror, Nigritudo, Nigrities.)
- Nubilosus** Nebulosus.
 (Nullatenus non barbarum, ut putat Borrichius, sed semibarbarum est, cum occurrat apud Cassiodorum, lib. 3. 4.)
- O.
- Objecto** Argumentum, in contrarium adductum.
 (Objectio tamen pro exprobratione legitur apud Casarem 3. Bell. Civil. 230.)
- Observandissimus** Maxime observandus.
- Obvialto** Occursus.
 (Verbum obviate duo priora Latinitatis secula, aureum scilicet & argenteum etiam ignorant, usque demum sunt Macrobius, Vegetius & Mamertus.)
- Octodecim** Duodeviginti.
 (Levius lib. 9. cap. 33. & lib. 27. c. 29. etiam per decem & octo offert.)
- Octuaginta** Octoginta.
 (Oculariter cum sit Sidonii Ep. 7. 14. male a Borrichio inter mædæ barbara refertur.)
- Offatim** Particulatim, per partes.
 (Substantivum officialis apud Apulejum, aequa Latinitatis scriptorem, ut vult Forum Romanum, legitur. Quod si verum, male id Voigius mere barbaris adjudicat.)
- Oratorium.** Locus orationis.
 (Præteritum orditus, quamvis apud antiquiores non reperitur: quia tamen Priscianus probat, non putem recte a Voigio in barbarorum classem conjici.)

Barbara

Latina.

P.

Pacificè	Tranquille.
Palliditas	Pallor.
Panifex	Pistor.
Parochia	Parœcia.
Partialis	Partium studiis abreptus.
<i>(Particularis & particulariter, quæ Cl. Voigtius etiam in horum barbarorum classem conjicit, leguntur apud Apulejum lib. 3. de Philosoph. habitud. & Jul. Firmicum lib. 3. cap. 2.)</i>	
Pasquillus	Libellus famosus, satyra.
Patrinus	Sulceptor.
Peculâri	Depeculari.
<i>(Peculator Ciceronis est 3. offic. 95.)</i>	
Pensionarius	Vectigalis.
Perdonare	Com. donare.
Perfectionaliter	Perfectè.
Pernicialiter	Perniciose.
<i>(Pernicialis sæpius legitur apud Plinium. Vid. lib. 15. c. 18, & lib. 24. c. 1.)</i>	
Perpendiculariter	Ad perpendiculum.
Personaliter	Coram, per se.
Pestiferus	Pestifer.
Pillula	Catapodium.
Piscatio	Piscatus.
Plausibiliter	Cum applausu.
Ponderositas	Gravitas.
<i>(Adjectivum ponderosus est Ciceronis ad Attic. lib. 2. 26.)</i>	
Postilla, x	Commentarius Evangelicus.
<i>(Hæc vox inde orta est, quod expositio est post illa scil. verba, quæ fundamenti vice ponuntur. Unde bene poetæ; Biblia sunt ante hæc, hæc sunt post illa legenda.)</i>	
Prafigurare	Denotare, exprimere.
<i>(Potentialiter male à Borrichio mere barbarè accensitur: Est enim Sidonii lib. 7. Ep. 14.)</i>	

<i>Barbara</i>	<i>Latina.</i>
Prænominatus	Antedictus, supradictus.
Præprimis	In primis, cum primis.
Præservare	Adrepentem morbum antevertere.
Præsupponere	Pro concessio & probato sumere.
Præparamentum	Præparatio.
Prævarare	Depravare.
<i>(Primatus nullo jure proscribitur a Voigtio, cum ea voce usi legantur probatissimi Auctores Varro 1. de Re Rust. c. 7. & Plinius lib. 13. cap. 12.)</i>	
Prioritas	Primatus.
Priorissa	Præfecta virginum sacrarum.
Privilegiatus	Privilegio instructus.
<i>(Privilegiatus ejusdem est commatis.)</i>	
Private	Privatum.
<i>(Calepinus pro hac voce allegat Ciceronem ad Attic. l. 7. 127. Illud private non adscribis, & tibi gratias egit: Verum ex vetusto codice legendum id puto non adscribis, Vide F. Rom. p. 295.)</i>	
Processio	Processus.
Processionaliter	
Prodigalis	Prodigus.
Prodigalitas	Profusio, nimia liberalitas.
Prodigaliter	Effusè.
Proficue	Utiliter.
<i>(Proficue semibarbarum est. Vide Cassiodorum lib. 1. Ep. 39.)</i>	
Prolificus	Fœcundus.
Prolificare	Prolem gignere.
Promanare	Emanare, permanare.
Promotor	Patronus.
<i>(Hoc vocabulo nostri dignitatis amplificatorem, ut Cicero vocat lib. 2. Ep. 9. describunt.)</i>	
Promptitudo	Alacritas, propensio.

Barbara

Latina.

(Verbum pro palare quod Cl. Borrichius etiam in hanc barbarorum classem conjicit, potius semibarbarum dicendum. Vide Mamert. l. 2. & Oros. VI. 1.)

Prophetissa	Prophetis idis.
Prophetare	est Tertuliani Resurr. carn. cap. 28.)
Proportionalls	Proportionatus.
Proportionaliter	Pro rata parte.
(Profectio cum sit Salviani lib. 8. male huc referatur à Borrichio.)	
Procoparens	Primus parens.
Procollum	Adversaria.
Procolotarius	Primus Notariorum.
Puillanimites	Timide, animo fracto.
Puillanimitas	Timiditas.
(Puillanimitis est Mamerti, adoque semibarbarum.)	

Q.

Quantitative	Secundum magnitudinem.
Quancocius	Quam primum.
Quadragesies	Quadrages.
Quercimus	Quercus.

R.

Rapinari	Rapers.
Ratificare	Ratum facere.
Ratificatio	Ratihabitio.
Rationabilis	Probabilis.
Rationabiliter	Probabili ratione.
Realiter	Revera.
Rebaptizare	Iterum baptizare.
Rebellifare	In obloquendo rebelles imitari.
Recapitulare	Summa rerum capita afferre.
Recentor	Recens.
Recidivare	Recidivam pati.
Recommendare	Commendare.

X

Re.

	<i>Latina,</i>
Barbara	
Recompensare	Compensare.
Recreamen	Recreatio.
Redargutio	Reprehensio, refutatio.
Reduplicare	Conduplicare.
Redhostimentum	Compensatio.
<i>(Hostimentum est Plauti & redhostite Pacuvii: utrumque ob-</i> <i>soletum.)</i>	
Regulariter	Secundum regulam præscri-
	ptam.
Refectorium	Cænaculum monachorum.
Reiterare	Iterare.
Reiteratio	Iteratio.
<i>(Citatæ pro hac ultima Voce in Lexicis fere omnibus Quintilia-</i> <i>nus lib. 11. 2. Quo exciderunt, retractantur: ut crebra rei-</i> <i>teratione fimentur: Verum in codicibus castigatioribus le-</i> <i>gitur iteratio.)</i>	
Rejuvenescere	Virtus juvenis recipere.
Religiositas	Pietas erga Deum.
Relucidare	Illuminare.
Remandare	Iterato mandare.
Remediari	Mederi.
<i>(Remediare est Scribonii & Hygini. Remediabilis etiam apud</i> <i>Senecam legitur Epist. 95.)</i>	
Renegare	Abnuere.
Repulsio	Repulsa.
Resonantia x	Sonitus.
Respectivè	Comparatè.
Revisio	Recognitio.
Revolutio	Conversio.
Ridicularius	Ridiculus.
Ridiculosus	Ridiculus.
Rigorosus	Rigidus.
<i>(Restaurare male improbat Andreas Schottus lib. 3. Tullianar.</i> <i>Quæst.</i>	

Barbara

Latina.

Quest. cum illud Tacitus & Justinianus non proinde Latinitatis scriptores saepe usurpant. Non interim tamen verbo instaurare, quo seculum aureum usum, aqua auam.)

Robustè

Nervosè.

Robustitas

Robur.

(Præteritum reuersus sum apud Ciceronem, Livium aliosque ætatis aurea non legitur, sed semper reverti: ab antiquo revertito: barbaris tamen adjudicari non potest, cum sit Curtii, aliorumque non paucorum argentea Latinitatis Scriptorum.)

Rorulentus

Roscidus.

Rubedo

Rubor.

(Rubeus eandem censuram non meretur, arbitrante licet Vossio cum sit Columella lib. 6. cap. 1.)

S.

Salvus conductus

Fides publica interposita.

Saxiperium

Pera.

(Salvifico quod ab aliis huc refertur potius semibarbarum censemus. Vide Alciom. ad Soror. v. 280.)

Sannare

Irridere.

(Cl. Voigtius verbum sannare emendandum putat per subsannate, qua & Celeb. Vossii mens est: Verum utrumque eadem sannana dignum est.)

Sacrificia

Sacrarium.

(Adjectivum lapidus, a, um male rejicitur à Cl. Vossio: Nisi enim auctoritate Apicis de Art. Culm. VI. c. 6.)

Scandalosum

Quod est offensionis.

Scibile

Quod sciri potest.

(Sacrificare male eliminatur è Civitate Latina, cum ter apud Plinium, occurrat.)

Scurrilitas

Obscœnitas.

Secretarius

A secretis epistolis scriba.

Secrete

Secreto.

Securiter

Secure.

Septimanatim

Quavis hebdomade.

Servitor

Minister.

<i>Barbara</i>	<i>Latina.</i>
Situari	Situm esse.
Situatio	Situs locorum.
Somnolentus	Somno plenus.
Somnolentia	Languor.
Sophisticari	Sophistas imitari.
Sopitivum	Soporiferum.
Sordides	Sordes.
Spondaius	Spondiacus.
Spontaneus	Voluntarius.
Stannare	Stanno illinere.
Sternutatio	Sternutamentum.
Subalternare	Alternis superiorem & inferior rem esse.
Subalternus	Secundarius, inferior.
Subditissimus	Subjektivissimus.
Subintelligo	Subaudio.
Subitanè	Subito.
Successive	Progressu temporis.
Saccinetim	Breviter.
Succursus	Suppetiæ.
Sufficiencia æ	Quod satis est.
Suffraganeus	Episcopi Vicarius.
Superiorites	Fastigium.
Supercriptio.	Inscriptio.
Superficialiter	Obiter.
Supernaturalis	Naturæ vires supertrans.
Superventio	Superventus.
Syndicatus	Syndici munus.
	<i>T.</i>
Tangibile	Sub tactum cadens.
Tardatio	Tarditas.
Tegulare	Tegulis sternere.

Barbara.

Latina.

Temporalitas	Diversa temporis conditio.
Temporaliter	Ad tempus.
Tenebrare	Tenebras inducere.
Tepiditas	Tepor.
<i>(Cl. Vossius & Borrichius huc etiam referunt tepidare pro tepa- facere: verum male: Est enim Plinius lib. 17. c. 26.)</i>	
Thesaurarius	Æratil præfectus.
Textus	Verba auctoris.
<i>(Hoc artus textrina proprium vocabulum est. Interim ad stylum per metaphoram referri posse non nego.)</i>	
Thursificare	Thura incendere.
Titulare	Titulo ornare.
Tonitruare	Tonare.
Totaliter	Penitus.
Tormentare	Excruciare.
Toxicare	Veneno inficere.
Transactio	Decisio.
Transmutatio	Immutatio.
Tredecim	Tres & decem.
<i>(Tredecies sâmen nititur auctoritate Tullii s: Varr. 156.)</i>	
Trigestes	Tricies.
<i>(Truncare, quod quidam volunt, eandem censuram non me- retur, cum occurrat apud Valer. 6. Argon. 114.)</i>	
Tumba	Sepulchrum.

U.

Vacantia	Vacatio à labore, à studiis.
<i>(Vane Vossio improbatum, est Tertulliani de Resurr. Carn. c. 32.)</i>	
Vasallus	Clientis fiduciarius.
Vecorditer	Animo vecordi.
Vegetativum	Vegetans.
Venenosus	Venenatus.
<i>(Veneranter Apuleji, seculi anni Scriptoris, auctoritate nititur, adeoque male à Voigtio in merè barbarorum numerum refer- itur.)</i>	

<i>Barbara</i>	<i>Latina.</i>
Ventofitas	Ostentat or.
Verifico	Probo.
Veriloquus	Veridicus.
Vice Rector	Rectoris vicarius.
Victoriosè	Manu victici.
Victimare	Immolare.
Victualia	Victui necessaria.
Vilefacio	Vilem puto.
Vigiles	Vicies.
Virtuosus	Virtute præditus.
Virtuosè	Honestè.
Vitunculus	Homuncio.
Vituperium	Vituperatio.
Visceraliter	Penitentiè.
Ultimatè	Proximè.
Ultimatum	Denique.
<i>(Unanimiter temperam merè barbaris adscribit Berrichius. idem sit Arnobii & Orosii IV. 6.)</i>	
Unigenitus	Unigena.
Voluptuarius	Voluptarius.
<i>(Voluptuosus male huc refertur à quibusdam: Est enim Quin- tiani Declam. CCLX.)</i>	
Votive	Ex voto.
Usualiter	Usitate.
Uxoratus.	Qui duxit uxorem.

*Sequuntur vocabula, Latina quidem vocè, sed barbara significa-
tione.*

Advocare pro causam agere *barbarum est.* Latinis enim notat
vocari, cogere.

Causare pro efficere, causam esse, *barbarum.* Latinis enim si-
gnificat *veram vel vanam causam afferre.*

Communiter pro vulgo *barbarum.* Latine enim idem est, quod
sine partitione.

Comptare pro colligere *barbarum.* Latine enim notat *speliare.*
Con-

Condolere pro *συμπαθεω* barbarum. Latine enim simul incl-
dit cum simplici *dolere*.

Cordatus pro animosus barbarum. Latinis enim idem est,
quod *solers* & *sapiens*.

Desolare pro diruere barbarum. Nam Latinis significat *solitu-
dinem facere*.

Discretus pro modestus barbarum. Latinis idem est, quod
divisus.

Excessus pro enormi morum aberratione barbarum. Notat
enim idem, quod *discessus*.

Medium pro subsidio & sumptu barbarum. Latine enim signi-
ficat *medium locum vel rem*. Metaphorica sunt illa Ciceronis
in medium proferre, in medio relinquere, de medio tollere.

Pro tempore pro iam, hoc tempore barbarum. Latinis pro tem-
pore notat, prout *tempus fore*.

Quoad pro secundum barbarum. Latine enim est *quousque,
quamdiu*, & non nominibus per Accusativum, sed verbis
præfigitur.

Stipendiarius pro alumno barbarum. Latinis enim stipendia-
rius est, qui solvit stipendia.

Votum pro suffragio barbarum. Latinis enim notat *promissio-
nem Deo factam*.

Erubescere alicujus barbarum. Nunquam enim hoc verbum
apud Latinos construitur cum Gentivo.

Mutuo dare, mutuo sumere barbara sunt. Latini enim hæc
efferunt per *mutuum dare, mutuum sumere*.

Pro & *contra* barbarum: Latine *in utramque partem*.

Rebus sic stantibus barbarum. Dices, *Rebus ita se habentibus*.

F I N I S.

☉ (0) ☉



APPENDIX II.

Adagiorum & gnomatum. usitatorum.

A.

Accidit in puncto, quod consperatur in anno.

Es begiebt sich manchmahl in einem Augenblick/
Dessen man sich ein ganzes Jahr nicht verschien.

A bove maior discit arate minor.

Was die Alten jungen / pffien die jungen.

A cane non magno saepe conatur aper.

Ein geringer Feind kan auch schaden.

Ab alino lanam (sic petere)

Wiatwürst im Hunds. Et II suchen.

Accipit & glebam erro.

Er schlägt nichts auß.

Accum habet i peccare.

Er ist nicht gar ein Narr.

Accipies paleam, si non vult solvere nequam.

Vor ungewisse Schule ÷ soll man Haberstroh uehmen.

Adde parum parvo, parvum superadas puillo.

Sapientis hoc faciens magnum cumulabis accrum.

Wer den Pfening nicht spart / der bekommt den Was
gen nicht.

Adhuc caelum volvit it.

Der alte Gott lebet noch.

Ad lecteri poli curas extendere noli.

zu zuckig ist halb nârrisch.

Afflictio non est addenda afflictio.

Einem bekümmerten Herzen soll man nicht mehr
Bekümmernuß machen.

Arbor honoratur, cujus nos umbra tuerur.

Den Baum / dessen Schatten man geneußt / ehret
man billich.

Annulus ex vitro vitreo donatur amico.

Darnach der Mann ist / brâtt man i meinen Hering.

Atas non semper fuerit, composita aidos.

Man soll etwas lernen / weil man jung ist.

Equalis aequali delectat.

Gleich und gleich gesellt sich gern.

Alopicus graculus.

Der mit anderer Leut Gut pranget.

Apud novercam queri.

Dem Hecker beichten.

Ad primum quævis arbor non corrumpitur.

Der Baum fällt nicht vom ersten Hau.

Amanthum ira amoris redintegratio est.

Buhler Zanck ist der Lieb ein Anfang.

Amicorum omnia sunt communia.

Τὸν φίλον τὰ πάντα κοινά.

Vor guten Freunden schleußt man kein Brod ein.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Rebus in incertis certus spectatur amicus.

In der Noth erkennet man einen Freund.

Amici sues temporum.

Um guter Freund willen wird manchemahl die Zeit
verdeibet.

Amicus verus rara avis.

Gute Freunde seynd gar dünne gesäet.

Amicus ollaris.

Ein Schmaroger.

An nescis longas regibus esse manus?

Herren Hand reicht in weite Land.

Anima sicca, sapientissima

Αυη Ξυχη σοφωτάτη. Heraclei.

Ein nützern Leben ist das beste.

A prece duc orlum, ne res eat acta retrosum.

A prece fac orlum, ne serpens det tibi morsum.

Sete alles mit dem Gebeth an.

Arbitrii nostri non est, quid quisque loquatur.

Man muß die Leut reden lassen: die Fische können es nicht.

Animus in oculis habitat.

Man siehet ihm am Bart an/ was er vor ein Gesell sey.

Abstint a mensa detractio, Aerus & ira.

Sed cum leiritia samator ~~perus~~ & esca.

Bym Fisch soll man nicht zanken.

Astutiam rapido gestat sub pectore vulpem.

Er ist nicht ein Schaaf/ wie er Woll trägt.

Acus hircillat.

Alte Geiß lecken auch gern Saltz.

Arcus nimium intentus rumpitur.

Wenn man den Bogen zu hoch spannen will/so zer springt er.

Ars longa, vita brevis. Hippocrat.

משך חיים קצר והמלאכה מרובה Ben. Syr.

Des Lebens ist wenig: aber des Lernens ist viel.

Aurea ne credas, quaecumque nitescere cernis.

Es ist nicht all Gold/ das da bliencket.

Audit carnificem spernens audire parentem.

Was Eltern nicht folgen will/muß endlich dem Hencker folgen.

כל שימורת לפני מותו המוח לה ימרת אוחו:

"Osis Sophocles Sporos, & mév-oiye Juvétau.

'Eidh évreβéaw κάρθραve δεσφιδίνv.

Ante obitum moriens, non moriturus, obit.

Wer da stirbt/ehe er stirbt/der stirbt nicht / wann er stirbt.

As portus miseriae.

Ein Handwerck hat einen güldenen Boden.

Asino ossa das, cani pileas.

Du thust gerad das Widerspiel.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum, Claud.

Kein Messer ist/das schärffer schürt /

Dann wann ein Bau'r ein Herr wird.

Ambitiosus honor & opes & vana cupido.

Hæc tria pro tero Numine mundus habet.

Den Ehrgeiz / Augensult und Geld /

Ehret als ihren Gott die Welt.

Amicorum limina rarius sunt frequentanda:

Man muß gute Freund nicht zu viel überlaufen.

Ah homo si sciret, quando mors atra veniret:

Non sic dormites, sed cœli regna scires!

Zürwahr O Mensch / wann dir wär kund

Gewisse Zeit und Todes-Stund /

Es würde nach des Himmels Gut

Sich sehnen mehr dein Herz und Muth.

Aurea nunc vere sunt secula : plurimus auro.

Venit honos, auro conciliatur honor. Ovid.

Reichtum bringt jetzt Ehr und Freundschaft.

Autota Musis amica.

Morgen-Stund hat Gold im Mund.

Ethiops non albescit.

Alt läßt nicht von Art.

Artem quævis terra alit.

Ein Handwerck hat einen goldenen Boden.

Allos ex suis quisque nititur moribus.

Aurum hoc in te, quod novit peritus in se.

Es sucht keiner den andern hinder dem Ofen/wenn er
nicht selbst darhinder gewesen.

Aliud stans, aliud sedens sc. loquitur.

Er bleibt gar bey seinen Worten nicht.

Aquam & pumice postulare.

Bratwurst im Hunds-Stall suchen.

Aquilam volare doces.

Du wilt den Hünern die Schwäng auffbinden.

Ante pilos sapis.

Das Ey will klüger seyn denn die Henne.

B.

Bacchus & argentum mutant mores sapientum.

Der Wein/Geld und Gut/verkehret auch der Weisesten
Muth.

Beatius est dare quam accipere.

Μακάριον ἐστὶ δίδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.

Geben ist selziger / dann nehmen.

Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.

Eltern verzärtlen oft ihre Kinder selbst.

Bonus quod bene fit, haud perit.

Was man den Frommen zu gut thut/oder was man
an die Frommen wend/ist nicht verlohren.

Boni pastoris est condere pecus, non deglubere.

Man soll die Schaaf zwar scheeren / aber ihnen die
Haut nicht über die Ohren ziehen.

Bonus condus, bonus promus.

Wer da sp. hret/waß er hat/der findet/waß er bedarff.

Bis ac ter quod pulchrum.

Δὲ καὶ τρις τὸ καλόν.

Ein gut Liedlein kan man nicht zu viel singen.

Be-

Benignitas ultra facultates patere non debet. *Tacit.*
 Man muß nicht si eygebiger seyn / als es die Mittel
 erleyden wollen.

Bonus homo oppositus maturescit.

Es bringt e ner den andern an.

Bonus Servarius bonum quoque facit Bonifacium.

Ein guter Auffheber ist ein guter Darsteller.

C.

Cantabit vacuus coram Latrone viator.

Ein Bettler hat wenig zu verlihren.

Camelus saltat.

Die Ruh geht auf Stelken.

Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit.

Wer zuviel habē will/der behält zu Zeiten gar nichts.

Caenum praedium.

Ein Mahlzeit ohne Wein.

Canilenam eandem canere.

Allezeit auf einer Leyer bleiben.

Cascus caseam ducit.

Alt und alt gehöret beysammen.

Castra quae non emerunt.

Zeh wolte nicht ein Pfifferting darum geben.

Cauda de vulpe restatur.

An den Federn kennet man den Vogel.

Cavum pedis ostendere.

Verfengeld geben.

Cascus & panis sunt optima fercula sanis.

Einem Gefunden schmeckt Käse und Brod wohl.

Cascus est sanus, quem dat avara manus.

Viel Käß essen ist ungesund.

Cedere majori non est pudor inferiori.

Es stehet den jungen Leuten wohl an/das sie den Al-
 ten was nachgeben.

Cæcus agens cæcum solet ipsam sternere secum.
Wenn ein Blinder den andern leitet/so fallen sie bey-
de in die Grube.

Cæcus inops dictus, quamvis varils sit amictus,
Ein blinder Mann/ ein armer Mann/ trug er auch
gleich seidene Kleider an.

(Cum tumulum cernis, cur non mortalia spernis?)

Tali namque domo clauditur omnis homo.)

Conscia mens cæci, famæ mendacia ridet.
Man hält sich für der Th. t./der Lügen sind man Rath.

Contra vim mortis non est medicamen in hortis.

Wider den Tod ist kein Kraut gewachsen.

Cordi non chartæ scribas, quæ novaris arte.

H. Hans in libro non valet ova duo.

Der Kopff soll es können/ nicht das Buch.

Cui fortuna favet, sponsa petita manet.

Wers Glück hat/ führt die Br. ut heim.

Carnibus est dignus, qui bene mandit olas.

Wer kein Mus isst/ soll auch kein Gleych essen.

Cicada cicadæ cara, omnia fornicæ.

Gleich und gleich hält sich gern beysammen.

Clamant E. & A. quorquor nascuntur ab Eva.

Alle Kinder we. den mit Weinen geböhren.

Concio grata brevis, longua sarcimen agrestis.

Von kurzen Predigten und langen Bratwürsten
halten die Bauren viel.

Contra vulpem vulpinandum.

Man muß Füchs mit Füchsen fangen.

Cornix cornici nunquam confodit ocellum.

Es frisst kein Wolff den andern.

Crabrones non sint irritandi.

Einen voll n. Man soll ein geladener Wagen weichen.

Crassis crassa conveuiant.

In eine Scheuer gehöret Heu und Stroh.

Cretiza cum Cretensi.

Schälck muß man mit Schälcken fangen.

Crimena generosum facit.

Geld macht Ehre.

Cum cane simul & locum.

Es ist alles Stumpff und Stiel hinweg.

Cum pluit, molendum.

Man muß das Eisen schmieden / wanns warm ist.

Cum fex, cum limus, cum res vilissima simus.

Vnde Superbimus? sub terram terra redimus.

Zu stolzieren hat niemand keine Ursach.

Cum his semper verfare, qui te facturi sunt me-
liorem *Etc.*

Gehe allezeit mit denjenigen um / darvon du noch
etwas lernen kanst.

Cura facit canos, quamvis homo non habet annos.

Sorgen macht grau vor der Zeit.

Cum rectè vivas, ne cures verba malorum.

Thue recht und laß reden wer da will.

Corrige præteritum, præterens rege, cerne futurum.

Siehe dich wohl für: Unglück ist sonst vor der Thür.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Dives avarefcit, quanto plus copia crescit.

Quò plus sunt pota, plus siviuntur aqua.

Je mehr mancher hat / je mehr er haben will.

Consuetudo est altera natura.

Was einer gewohnt ist / das henger ihm stets an.

Concordia parvæ res crescunt, discordia maximæ
dilatantur. *Sallust.*

Fried ernehret: Unfried verzehret.

Commoditas quævis sua facit incommoda secum.

Wer das Feuer haben will / muß den Rauch auch leiden.

Cor-

Corporis exigui vires contemnere noli,
 Ingenio pollet, cui vim natura negavit.
 Manchmahl liegt in einem unansehlichen Faß ein
 herrlicher Wein.

Cujus edis panes, illius & aspectu nutum.
 Wessen Brod man isst / dessen Lied muß man auch
 singen.

Conscruiple sibi de se putat omnia dici.

Wenn man den Hund trifft / so belt er.

Cum duo contendunt, sapientior esse putatur,
 Qui moderari iram se fert ratione suam.

Der ist der Vernünftige / der im Cyßer mit Vera
 nunft seinen Cyßer weiß zu maßigen.

D.

Dat bene, dat multum, qui dat cum munere vulgum.

Einen frölichen Geber hat Gott lieb.

Dare manus.

Gewonnen geben.

De alieno conio ludere.

Auß anderer Leut Häuten ist gut Riemen schneiden.

De asini umbra dilceptare.

Um ein Herings-Nase zanken

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Irrerit muscus, transmitte aranea vespat.

(Transversa parvi penduntur ab arbore fures,

Magni ne pereant, ipsa crumena fossi.)

Die kleine Diebe hängt man an Galgen / die grossen
 im Beutel. Oder: die kleine Diebe hängt man / die
 grossen läßt man lauffen.

- - - Dedit hanc contagio labam.

Er dabit in plures, sicut grex torus in agris.

Unus scabies cadit & porriginis porci.

Ein räud'g Schaaff steckt die ganze Heerd an.

Daye sum, non Oedipus Terens.

Die

Die Sach ist mir zu hoch / ich verstehe sie nicht.

Deficit ambobus, qui vult servire duobus.

Niemand kan zweyen Herren dienen.

De nucē sic corylus, de glānde sic ardua quercus :

Ex parvo puero saepe peritus homo.

Auß Kinderu werden Leut.

De malē querētis non gaudet rectius hāres.

Unrecht Gut gedeyet nicht. Item. Wie gewonnen / so zerronnen :

Digitum medium ostendere.

Einen für einen Narren halten.

De calcaria in carbonariam.

Vom Pferd auf den Esel kommen.

Diomedis & Glauci commutatio.

Ein Ross um eine Pfeiffe geben.

Dormiet illæsus melius, quam verberē casus.

Auß ganzer Haut ist gut schlaffen.

Dulce pomum cum abest custos.

Gestohlen Brod schmecket wohl.

Detiores omnes sumus licentia. Ter.

Jemehr man einem nachlässet : Je ärger er wird.

Disceat qui nescit, nam sic sapientia crescit.

Disce honos mores, sic te comitantur honores.

Der Jugend folgt Ehr.

Dies diem docet.

Je länger man lebt : Je mehr man erfährt.

Difficilia, quæ pulchra.

Δύσκολα τὰ καλὰ. Plato.

Gut Ding will weyl haben.

(Duc me, ne sine me duci, Deus optime, per mē ?

Me duce damna fero, te duce fausta gerō.)

Disce in posterum cautius mercari.

Wib ins künfftige besser auf deine Schank achtung.

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Ein guter Anfang ist halb Arbeit.

Dimidium studii tunc pretatus habet.

Wohl gebethet / ist halb studirt.

Dum convivaris, caveas he multa loquaris.

Unter dem essen soll man nicht viel reden.

Dum clypeus splendet, super alto fornice pendet.

Sed cum vilescit, sub scamno sæpe quiescit.

So lang man spendiret / hat man Ehr und Freund:

Wann aber das spendiren auß ist / so hats auch mit
der Freundschaft ein End.

Et hinc illud Ovidii.

(Dum mea puppis erat valida fundata carina,
Qui mecum velles currere, primus eras:

Ast quia contraxit vultum fortuna, recedis,
Auxilio postquam scis opus esse tuo.)

Dum canis os rodit, socium, quem diligit, odit.

Zwey Hund an einem Bein / bleiben selten eins.

Dum ferrum candet, cudere quemque decet.

Wenn das Eisen warm ist / muß man schmieden.

Devorat os oris, quicquid lucratur os astis.

Was die Bein erwerben / verzehret der Mund.

(Dives eram dudum, me fecerunt eria nudum,
Alea, vina, Venus: iribus his sum factus egenus.)

Duro nodo durus admovendus cuneus.

Auff einen harten Nst gehöret ein harter Keyl.

Donec eris felix, multos numerabis amicos.

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Reiche Leut haben viel Freund.

Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.

Der das saure nicht geschmecket hat / ist des süßen
nicht werth.

E.

Ebrietas prodit, quod amat cor, sive quod odit.

Ein trunckener Mund redt des Herzen Grund.

Ebrietas est inatropolls omnium vltiorum.

Die Trunckenheit schafft selten etwas gutes.

Emanatæ naris homo.

Er hat einen guten Verstand.

Eligat æqualem prudens sibi quisque sodalem.

Ein jeglicher gehe mit seines gleichen um.

E quovis ligno non sit Mercurius.

Es schicken sich nicht alle zum Studieren.

Ego illam perlisse dæco, cui quidem periit pudor.

Der sich nicht mehr schämet/an dem ist Hopffen und
Malk verlohren.

E perforato poculo bibit.

Er kan nichts verschweigen.

Eximia est virtus præstare silentia diæis.

Scire loqui laus est, laus est quoque scire tacere.

Illamagis pulchra est, hæc quoque pulchra magis.

Itaque.

Sit linguam frenare rectæ rationis habena.

Ne te confundat, si verba superflua fundat.

Schweigen können ist eine schöne Tugend.

Exeat ex aula qui vult esse pius. *Lucan.*

Da Petrus nacher Hofkam/ ward er ein Schalk.

Est commune mori, mors nulli parcat honori.

Immemor ergo soli, gaudia quære poli.

Omnia mors tollit, quam nulla potentia mollit:

Mors seruat legem, tollit cum paupere regem.

Alle Menschen müssen sterben.

Est vestis tectis, quales intrinsecus estis.

An den Federn erkent man den Vogel.

Extis pluit.

Es regnet Bratwürst.

E squilla non nascitur rosa. Theogn.

Eine Eule heckt keinen Falcken.

Equus in quadrigis, in aratro hos.

Ein Fisch gehört ins Wasser / ein Dieb an Galge.

Etiā baculum devoraret.

Er könnte wohl ein Huf Eisen verdauen.

Est vanum cor eis, qui gaudent sæpe choreis.

Das Tanke ist vergesellschaftet mit Leichtsinigkeit.

Est mirum bellum, cum culpā asellus asellum.

Tardior à tardo cum fertur asellus asello.

Es ist ein seltsame Kurzweil / wann ein Eitel den andern will tanke lehren.

Ego decepi, ut de alio loqueris.

Du antwortest nicht auff das / was ich frage.

Est focus proprius multo pretiosior auro.

Ein eigen Heerd ist Goldes werth.

Et genus & formam regina pecunia donat.

Geld verblent die Welt.

Est captus facilis turbata piscis in unda.

In trübem Wasser ist's gut fischen.

Etiā corchorus inter olera.

Der Maus D. eck mischt sich unter den Pfeffer.

Emicat ex parvis divina potentia rebus.

Et levis est cespes, qui probat esse Deum.

Kein Kräutlein ist auff Erd so klein /

Es preiset Gott den Schöpffer sein.

Ex plumis cognoscitur avis.

Auß den Federn kenne man den Vogel.

F.

Fama repleta malis velocibus evolat alis.

Ein böses Gerücht erschallet alsbald weit.

Fama malum, quo non aliud velocius ullum.

Fama & vita pari passo, ambulant.

Omnia si perdas, famam servare memento,

Qua semel amissa postea nullus eris.

Ehr verlohren/ alles verlohren.

Fama pluris, quam opes.

Guter Nam eist über Reichthum.

Facta viam inveniunt. *Virgil.*

Gott wüds wohl mach n.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Wer auß ander Leut Schaden klug wird/ hat grosse
Klugheit studiret.

Feli Crocoton *sc. dare.*

Einer Sau ein Beltz anlegen.

Ferret olla, ferret amicitia.

So lang es einem wohl geht/ hat er Freunde.

Fortior in fulva novus est luctator arena.

Quam cui sunt longa brachia fessa manu.

Neue Besem kehren wohl.

Fertilior leges est alienis semper in agris,

Vicinumque pecus grandius uber habet.

Frembd Brod bedünckt allezeit besser/ als das unferige.

Fons malus est, in quem latices aliunde ferendi.

Es ist ein böser Brunn/ in wølchen man Wasser tra-
gen muß.

Ficum sector.

Ein Erbsen-Zehler.

Fidejussio periculosa.

Bürgen soll man würgen.

Felis amat piscem, sed non vult tangere flumen.

Die Katz isset gern Fisch: aber sie macht die Flüsse nicht
gern naß.

Fit his ex minimis in terdura maxima verbis.

Aus eine kleine Sündlein entsteht oft ein grosses Zeur.

Frangitur ira gravis, cum sit responsio suavis :
Sed lis accrescit, dum stultus cedere nescit.

Ein gut Wort findet eine gute Statt.

Fratum quoque gratulara. *Ovid.*

Es vertragen sich auch Brüder nicht allezeit.

Nos fuimus Troes. *Virgil.*

Es ist aus mit uns : Es ist am besten gewesen.

Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit Mæ-
nia.

Der ist gewiß ein tapffrer Mann / der sich selbstn be-
zwingen kan.

Fecundi calices, quem non fecere disertum ?

Nach dem Trunck folgt eine geschmeidige Zunge.

Figulus figulum odit. *Hes.*

Καὶ κερμενὲς κερμενὶ κωτίη καὶ τέκτορι τέκτον.

Es verdreust einen Bettler / daß der ander vor der
Thür stehet.

Fide, sed cur, vide.

Frau / schau / wem.

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

Wer nichts hält / dem ist man wieder nichts schuldig
zu halten.

Feras, non culpes, quod mutari non potest.

Was man nicht endern kan / soll man willig leyden.

Fur furatur equum, suspenditur & manet æquum.

Der Dieb ist des Galgens werth.

Forsicos filis, pilam capio forpice, forcipe ferrum.

Frustra Doctores sine me coluere sorores.

(*Sic Grammatica de se.*)

Wer kein Grammaticus ist / studiret umsonst.

Finis coronat opus.

Wann das End gut ist / so ist alles gut.

Fœnum in cornu gerit, fuge.

Vor den gezeichneten soll man sich hüten.

Fallit augurio spes bona sæpe suo.

Hoffen und harren macht manchen zum Narren.

(Fortuna bonum fragile est, quantumque accedit ad annos.

Fit minor & spatio carpitur ipsa suo.)

Fac tua, quæ tua sunt, quæ functio iusta requirit.

Commendes uni cætera cuncta Deo.

Thue/ was deine Pflicht erfordert / und im übrigen befehle es Gott.

Fulgur ex pelvi.

Ein blinder Lärm.

G.

Gratia regalis non firmis nititur alis.

Herren-Gunst/und Aprillen-Wetter ende: n sich bald.

Gaudent sudoribus artes. Manr.

Wer was lernen will/muß den Kopff drau strecken.

Gaudet vita umbretili.

Er lebt wie ein Einsiedeler.

Generosus equus non curat latratum canum.

Vornehme und verständige Leut achten nicht / was unnütze Leut von ihnen reden.

Graculus graculo affidet.

Ein jeder hält sich zu seines gleichen.

Graculus inter Musas.

Saul unter den Propheten.

Extra cavas lapidem, non vi, sed sæpe cadendo:

Sic homo fit doctus, non vi, sed sæpe studendo.

Gaudia principum nostri sunt sæpe doloris.

Nach Freud kommt oft Leyd.

Gustavit, ut canis è Nilo.

Er ist drüber hingeloffen/wie ein Hahn über die Kohlen.

Gratia, quæ tarda est, ingrata est: gratia namque
Cum fieri properet, gratia grata magis.

Ita.

Cum bene quid facias, facias cito: nam cito factum
Gratum erit, Ingratum gratia tarda facit.

Wer geschwind gibt / der gibt zweymahl.

H.

Haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro.

Ohne Bücher studiret man vergebens.

Heroum filii noxæ.

Vornehmer Leut Kinder gerathen selten.

Honor est honorantis, non honorati.

Die Ehr ist dem/ der siethut.

Hæc tibi succedent, ut gramina pasta catello.

Dieses wurd dir bekom: en wie dem Hund das Gras:

Hoc scio pro certo, quoties cum stercore certo,

Viciorum vincor, semper ego macular.

Wer sich unter die Reyen mischet / den fressen die
Schwein.

Hæc tibi allis, quod cupis ipse tibi.

Was du willst/das dir geschehe/das thue auch andern:

Honores mutant mores.

Wer zu Ehren kommt/wird gemeiniglich stoltz.

Hinc illa lachrymæ. Terent.

Da ligt der Hund begraben.

Hic nunc est, & erit, qui mundi gaudia querit.

Wer hie Freund sucht auf Erden / dem wird forthin
bang werden.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat

Res angusta domi. Juven.l.

Der Arme muß allenthalben Linden an stehen.

Hilumdinum museum.

Ein Juden-Schul.

Hospicis in mensa vultum, non fercula pensa.

Dat bene, dat multum, qui dat cum munere vultum.

Ein freundlich Gesicht ist das beste Gericht.

Hanc homines decorant, quem vestimenta decorant.

Die Welt ehret mehr die Keder als den Mann.

Homo bombylinus.

Es ist nur das Maul mit ihm.

I.

Ignoti nulla cupido. Ovid.

Ein verborgener Schatz bleibt ungesucht.

Uam nullus amat, qui semper, da mihi, clamat?

Wer allezeit haben will/ der ist nicht angenehm.

Ibant, quo poterant, quo non poterant, ibi stabant.

Man thut / so viel man kan.

Imberbis ferit coccos.

Das Ey ist klüger denn die Henne.

In aquam scribere.

Veressen.

Imitant mores homines, cum dantur honores.

Wer zu Ehren kommt / wird gemeiniglich stolz.

Irritare cave, non est placare suave;

Diffamare cave, nam revocare grave.

Infalutato hospite abire.

Den Abschied hinter der Thür nehmen.

Ignavis semper ferus. Theocr.

Einem Faulen ist bald Seyertag gemacht.

In mensa te sedens, prece nec pani benedicens.

Ille sedet quasi sus & surgit sicut asellus.

Beym Essen soll man des Betens nicht vergessen.

Ieiunus stomachus raro vulgaria remittit.

Wem nicht Käse und Brod schmeckt / der ist nicht
hungerig.

Impunitatis spes est maxima illecebra peccandi. Cic.

Nachgeben stärcket Büberey

In portu navigare.

Sicher und ohne Gefahr seyn.

In terra luminis Rex est hoc tempore nummus.

Geld regieret heutiges Tages die Welt.

Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim.

Mancher will dem Rauch entgehen/und fällt gar
Feuer.

Indulget fortuna malis, ut laedere possit.

Der Gottlosen Glück gereicht ihnen zum Sch

In sylvis lepores, in verbis quare lepores

Sylva tenet leporem, sapientis lingua lep

In den Wäldern die Hasen/in den Wor
Zierlichkeit.

In tall tales captuntur flumine pisci.

In solchen Wässern fahet man so

Inquinat egregios aduncta super

Hochmuth schänd et alle Sitten.

Inter arma silent leges. Cic.

Im Krieg gehet Gewalt vor Recht.

Inter caecos regnat strabo.

Er ist unter den Ungelehrten geschickt.

Judicis est recti, nec munere, nec prece flecti.

Ein Richter muß weder Bitt noch Weichen ansehen.

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Ire diu nescit, qui non aliquando quiescit.

Man muß auch bisweilen einmal einen Feiertag ma
chen.

Intra sacrum & laxum stare.

Zwischen Ehr und Ungeheuer stehen.

Invidus alterius marcescit rebus optimis.

Neid thut ihm selbst leyd.

Juveni acti labores. Cic.

Nach gethaner Arbeit ist es gut ruhen.

Quatuor peccata in caelum clamantia.

In caelum clamat vox sanguinis, & Sodomorum,

Vox oppressorum, merces detenta laborum.

Incerta in majus ferri fama solent. Liv.

Man macht gemeiniglich ein Ding größer / als es ist.

Jupiter o bus.

Ein offenbare Lügen.

In alienis vitis oculati, in propriis Tiresia sumus
caeciores.

Wir sehen an andern ein Ding eher / als an uns.

In mundo mira efficiunt jam manus & ira:

Mollificant dura ac pervertunt singula jura.

Geld und Zorn macht all Ding verworru.

Ipsi licet Musis venias comitatus Homere:

Si nihil attuleris, ibis Homera foras.

Ohne Geld / wird man nichts geacht in der Welt.

L.

Laudatur nummus quasi Rex super omnia summus.

Geld regieret die Welt.

Labitur exiguo quantum tempore longo.

Langsam erworben ist bald verzehrt.

Laudat venales, qui vult extrudere merces.

Ein jegli. her Krämer lobt seine Waar.

Lingua mentem ne praecurrat.

Man soll die Wort zuvor wohl bedencken / ehe man
sie heraus redt.

Lotio vicitat.

Er siehet überzw. vch drein / wie ein Ganß nach einem
Apffel-Buzen.

Longius aut citius mors sua quemque manet.

(Serius aut citius metam properamus ad unam.)

Wir

Wir müssen alle sterben : es komme über lang oder
kurtz.

Ludibrii haud expers, mala quem fortuna fatigat.

Wer den Schaden hat/darff vor den Sport nit sorgē.

Lupus in fabula. Terent.

Wenn man den Wolff nennt/ so ist er nicht weit.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.

Es müssen starcke Wein seyn/ die gute Tag ertragen.

Lis litem ferit.

Es kommt ein Zanck aus dem andern.

Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira,
tarditatemque supplicii gravitate compensat. Val.

Max.

Gottes gerechte Rache ist gewiß/ je langsamer sie
kommt: je erschrecklicher ist sie.

Loripedem rectus derideat. - - - Juv.

Ein Esel heist den andern ein Langohr.

Luxurians animus saltando comminuit cras

Wana einem Esel zu wohl ist/ so geht er auff's Eis
und bricht ein Bein.

Lusus fortunæ variatur imagine Lunæ:

Crescit, decrescit, constans consistere nescit.

Das Glück ist unbeständig

Lingulto rutiloꝝ sua paganalia turba.

Laß den Bauren ihre Kirchweyh.

Lippis hoc & tonsoribus notum est.

Die Kinder auff der Gassen wissen da von.

Lebitur occultè fluitatque volubilis ætas.

Tempora labuntur, tacitæque senescimus annis,

Et fugiunt fræno non remorante dies.

Die Zeit ist flüchtig.

Larga sit alterius de cute corrigia.

Von ander Leut Leder ist gut Riemen schne den.

Liberalis de alieno.

Von anderer Leut Haut ist gut Riemen schneiden.

M.

Quatuor novissima.

Mors tua, iudicium supremum, gloria caeli,

Es dolor inferni sunt meditando sibi.

Major pars concludit.

Die meisten Stimmen gelten.

(Vulgo dicunt, Majora vota concludunt. Sed malè: vorum enim hoc significatu apud probatos Auctores nunquam occurrit.)

Malè parca, malè dilabuntur. Cic.

Ubel gewonnen / übel zerronnen.

Mature Dominus plerumque est postea servus.

Wer in der Jugend reiten will / muß gemeinlich in
Alter zu Fuß gehen.

Mali corvi malum ovum.

Wie der Vogel ist / so legt er ein Ey.

Machinas post bellum adferre.

Wann die Schaaff gestohlen / den Pserch ficken.

Medio tutissimus ibis. Ovid.

Die Mittelstrasse ist die beste.

Malum vss non frangitur. Erasmi.

Unkraut verdirbt nicht.

Miscetur tristia lætis. Ovid

Es gehet in der Welt durcheinander / bald wol / bald
übel.

Momo satisfacere quis potest?

Wer kans jederman recht machen?

Morbida facta pecus totam corrumpit ovile.

Ein grindig Schaaff siecket die ganze Heerd an.

Mortuo leoni vel lepores insulant.

Wann einer liegt / so will alle Welt über ihn hinauf
fen / und an ihme zum Ritter werden. Mul.

Multa rogare, rogata tenere, retenta docere.
 Hæc tria discipulum faciunt superare Magistrum.
 Fragen/ behalten/ repetiren/ blüßt trefflich wohl fort
 im studieren.

Mundus vult decipi.

Die Welt will betrogen seyn.

Mus miser est, antro qui tantum clauditur uno.

Es ist ein arme Maus/ die nur ein Loch h. t.

Mus satur insipidam dijudicat esse farinam.

Wenn die Maus satt ist/ so wird ihr das Mehl bitter.

Muris in mereta vivit.

Er schmachtet gern.

Mulca avari, dic pauca, taces abdita, disce minori

Parcere, majori ceder, ferre parem.

Man soll viel hören/ wenig reden/ Heimlichkeit ver-
 schweigen/ des Beringern schonen/ dem Größern
 nachgeben/ seines Gleichen vertragen.

Ἐσω πᾶς ἀνθρώπων & ταχὺς εἰς τὸ ἀνέσθαι, βραδύς εἰς τὸ
 λαλῆσαι. Jacob. 1. v. 19.

אָמַר מִעַט וְעָשָׂה רַב־רַבָּה R. Schammaj. in
 Pirke Afof.

Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque.

Wer wohl schmiert/ der wohl fährt.

Mergitur interdum, sed non submergitur unquam,

Salvificum Christi servans Ecclesia verbum.

Christi Kirch wird zwar bißweilen getruckt: aber nie-
 mahl untertruckt.

Mens pia, mens hilaris, virtutis & artis amatrix.

Hæc sunt divitiæ, quas studiosos habet.

Frisch/ fröhlich und from/ ist der Studente Reichthum.

Mille modis morimur mortales, nascimur uno.

Sunt hominum morbi mille, sed una salus.

Medice cura te ipsum.

Ἰατρὴ ἑαυτῶν δ' αὐτόν.

רפּה רפּה עצמך

Arzt hilff dir selber.

Malum consilium consultori pessimum.

Untreu schlägt ihren eigenen Herren.

Mors similis vitæ, respondent ultima primis.

Wie man lebt/so stirbt man.

N.

Non semper lilia florent. Ovid.

Es geräth nicht allezeit.

Non facile est aqua commoda mente pati.

Es müssen starcke Beine seyn / die gute Lage ertragen können.

Neque albus, neque niger.

Er ist weder kalt / noch warm.

Non sit in ateanis mulier tibi conscia rebus.

Man soll de Weibern nicht alles auf die Nasen hencfē.

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Fried ernehrt / Unfried verzehrt.

Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit.

Man soll keinen Tag ohne Zunehmen vortbey gehen lassen.

Nulla calamitas sola.

Es kommt kein Unglück allein.

Nihil ad rhombum.

Es reimt sich eben / wie ein Faust auff ein Aug.

Nox & amor, vix unquam nihil moderabile suadent.

Die Nacht / die Lieb und der Wein stifften nichts guts an.

Nemo sic alterius, qui suus esse potest.

Ein eigen Heerd ist Goldes werth.

Ne puero gladium.

Man soll keinem Kind ein spiz Messer in die Hand geben.

Na.

Naviges Anticyras.

Du bist nicht recht unter dem Hut verwahret.

Non procul à propriis stipite palma cadunt.

Der Apffel fällt nicht weit vom Stamm.

Non omnes sancti, qui calcant limina templi.

(Omnibus est nomen, sed non est omnibus omen.)

Es seynd nicht alle gute Röch/die lange Messer trage.

Natram expellas furca, tamen usque recurret.

Die Raht läst ih mausen nicht.

Non multis annis durat trauceuta tyrannis:

Nulla tyrannorum vis diuturna fuit.

Strenge Herren regieren nicht lang.

Narrata de ventis, ac cauris narrat arator.

Ein jeztlicher redet gern von seiner Profession und
Handthierung.

Nitens curis sordidum ostendit animus.

Von aussen schön/von innen heftlich.

Nobilis est, virtus quem sua nobilitat.

Die Tugend machet Edel.

Necessitas dura telum. Liv.

Muß ist ein böses Kraut.

Ne Hercules quidem adversus duos.

Zu viel Hund seynd der Haasen tod.

Nescitat ex socio, qui non cognoscitur ex se.

Talis semper eris, confortis qualla quæris.

Den man auß sich selbst nicht kennet / den lernt man
auß seine Gesellen erkennen.

Μηδὲν τῶν ἀνθρώπων βέλαιον. Isocras.

Menschlich Ding seynd unbeständig.

(Nocte dieque cavis tempus consumeri præ.)

Ut sis Es ventus transibis nostra iuventus.)

Nunquam bella piis, nunquam certamina desunt.

Et quo cum ceteris, mens pia semper habet.

Gromme Leut seynd nimmer ohne Streit.

Nanus cum sis, cede.

Auß dem Weg/ was kleine Leut seynd.

Non inest remedium adversus lycophantæ mor-
sum.

Vor Verläumbder kan sich niemand hüten.

Non vivit quisquis fido privatur amico:

Dimidium liquidem perdidit ille sui.

Wer einen getreuen Freund verlieret/ der verliert die
Helfft se nes Lebens.

Nummus honoratur, sine nummis nullus amatur.

Wer kein Geld hat / ist nicht angenehm.

Ne iuppiter quidem omnibus placet. *Erasm.*

Der soll noch gebohren werden/ der jederman gefält.

Ne quid nimis. *Terent.*

Zuviel ist ungesund.

Nimia familiaritas parit contemptum.

Wer sich unter die Trebern menget / den fressen die
Schwein.

Item.

All zu grosse Gemeinschaft bringt Verachtung.

Nimum ne crede colori. *Virgil.*

Es steckt oft in einem schönen Apffel ein Wurm.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Das Glück hat nicht ein jeglicher.

Non habet eventus lordida præda bonos. *Ovid.*

Unrecht Gut faßelt nicht.

Noces relinquere.

Die Kinder Schuh vertreten.

Nititur in vitium, semper cupimusque negata:

Im verbottenen Reich fischet man am liebsten.

Non est in medico, semper relevecur ut æger.

Die Medici machen nicht alle Leut gesund / ist ihnen
auch nicht möglich.

Nimiam civiles, viles.

Man soll nicht gar zu viel complimentiren.

Non pudor est nil scire, pudor, nil discere velle.

Es ist keine Schand/wenn man ein Ding nicht weiß/
aber eine Schande ist es/wenn mans nit lernen will.

Non semper feriet, quodcumque minabitur arcus.

Ein jeder Schuß trifft nicht.

Non tibi per ventos alsa columba venit.

Es fliegt keinem ein gebraten Taub ins Maul.

Nondum omnium dierum sol occidit.

Es ist noch nicht aller Tagen Abend.

Non curat numerum lopus.

Der Wolff frist auch die gezeichnete Schaaffe.

Non bonus est socius, qui devorat omnia solus.

Das ist eine böse Ruhe/welche die Weid allein fressen
will.

Ne tutor ultra crepidam.

Oportet remum ducere, qui didicit.

Was einer nicht kan/soll er sich auch nicht unterstehen.

Necessitas caret lege.

Die Noth hat kein Gesetz.

Nullo, scopo jaculatur.

Er hat sein Sach auf nichts gestellt/es kan ihm nicht
fehlen.

Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.

Bey den Soldaten findet sich insgemein wenig From-
migkeit.

Non audet styglus Pluto tentare, quod audet

Effrenis monachus, plenaque fraudis anus.

Wo der Teuffel nicht hinkommt/sendet er seine Bots-
ten hin.

Non erimen majus, quam crimen dicere majus,

Ac solvi possit sanguis Christe tuo.

Wo

Wo die Sünde mächtig ist worden/da ist die Gnade
Gottes in Christo noch viel mächtiger.

Non omnes somnum capiunt, qui lumina claudunt.

Sie schlaffen nicht alle/ die die Augen zu haben.

Noctua inter Cornices.

Ein Einfältiger unter den Welt-Kindern.

O.

(O Monachi, stomachi vestri sunt amphora Bacchi;
Vos estis, Deus est testis, tererrima pestis.)

Omne solum forti patria est, ut piscibus æquora

Et volucris, vacuo quicquid in orbe pater.

Zapffere Leut seynd allenthalben daheim.

Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Dessen das Herz voll ist/ laufft der Mund über.

Ornum est pulvinar diaboli.

Der Müßiggang ist aller Lastern Anfang.

Obrudere palpum.

Den Fuchs-Schwanz streichen.

Oscitante uno, oscitat & alter.

Ein Narr macht viel Narren.

Omnia esculenta obsessis.

Der Hunger ist ein guter Koch.

Ordine pervenies, quo non licet ire labore;

Ordine tac discas & bene doctus eris.

Im Studiren ist viel an einer guten Ordnung geleg.

Optimus interdum natitantum mergitur undis.

Sapius ignotis bene nans sepelitur in undis.

Die beste Schwimmer ertrinken oft.

Omnia que sensu voluntur vota diurno,

Tempore nocturno reddidit amica quies.

Wormit einer umgeht/darvon pflegt man zu traumē.

Omnibus in rebus feliciter omnia cedent.

Si staretis finem principiumque Dram!

Habe Gott für Augen/ so wird dir's wohl gehen.
Occurrunt homines, nequeunt occurrere montes.
 Berg und Thal begegnen sich nicht/ aber Leut begegnen
 sich.

(O dives, dives, non omni tempore vides ;

Cur januam claudis, dum vocem pauperis audis.)

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum :

Man soll einen jeglichen Tag für den letzten halten.

Omne nimium vertitur in vitium.

Zuviel ist ungesund. Oder : Zuviel zerreißt den Sack.

Omnia conando docilis solertia vincit.

Lust und Lieb zum Ding/ macht all Müß und Arbeit
 gering.

Oleum camino addere.

Ubel ärger machen.

*Omnia prius verbis experiri quam armis sapientem
 decet.*

Man muß nicht alles mit dem Schwerd ausmachen
 wollen.

Omnia blanda cave, latet hoc sub melle venenum.

Einem Schmeichler und einem Wolff ist nicht viel zu
 trauen.

Homo omnium horarum.

Ein Mann der sich in jederman weiß zu schicken.

Omnia tunc bona sunt, clausula quando bona.

End gut / alles gut.

Omnis herus monosyllabicus.

Gebietende Herren machen nicht viel Wort.

Omnis amans, amens.

Verbuhlete Leuth/ seynd närrische Leute.

Os est impostor.

Dem Maul ist wenig zu trauen.

Os qui non claudit, quod non vult, sapius audit.

Wer

re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere.

NIHIL MINVS.

Terent. Eunuch. 3. 3. 29. Id. Heaut. 4. 1. 54. Cic. Ar-
tic. l. 2. ep. 4. Nihil minus velim, quam Pomponiam &
puerum versari in timore ruina.

NIHIL, NE QVIDEM.

Licet **NIHIL** adsumat **NE QVIDEM**, vim tamen

negandi retinet. Cic. Fam. 10. Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidisse videt. Idem ad Quint. Fr. l. 8. ep. 1.
NIHIL PRÆTER, NIHIL PRÆTERQUAM.

Cum **PRÆTER**, Cic. l. 3. de Fin. Nihil est bonum præter honestas actiones.

Cum **PRÆTERQUAM**, Liv. Decad. 1. l. 3. Illa quidem nocte nihil, præterquam vigilatum est in urbe Liv. 3. ab Urb. 115.

NIHIL QUIN, NIHIL QUOD NON.

Cum **QUIN**. Terent. Heaut. Nihil est tam difficile quin quærendo investigari possit. Cic. ad Quint. Fr. l. 3. ep. 3.

Cum **QUOD NON**. Cic. de Amicit. 42. Nihil est quod illi non persequamur suis argutis. Idem Attic. l. 2. ep. 17.

NIHIL, QUOMINUS : NIHIL, QUAMOBREM NON.

Cum **QUOMINUS** Cic. Fam. l. 18. Tanquam nihil derogatum sit ei, quo minus quam paratissimus esses.

Cum **QUAMOBREM NON**. Cic. Fam. l. 6. Considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudes, non te similem præbeas.

NIHILO,

Cum comparativo semper jungitur. Cic. pro Planc. l. 4. 14. 7. Cic. 2. de Fin. l. 41. Nihilo beatorum Jupiter, quam Epicurus dempta aternitate.

NIHILO MAGIS. Nichts desto mehr.

Plaut. Aſin. 8. 14.

Si sis domi, dicam tibi: non est. Quid eques Atrienſis? nihilo magis intus est.

Cic. 2. Divinat. 155.

NIHILO MINUS Nichts desto weniger.

Cic. 1. de Invent. 7. Lucret. l. 30. 20. Ter. Heaut. 5. 3. 9.

Nov

Non postulo: fam loquere: nihilo minus ego hoc faciam
tamen. Cic. ad Planc. l. 10. 2. 4.

NB. Nihilominus pro tamen, antecedente *ETSI*,
QUANQUAM, aut quodam simili, inusitatum est.

NULLUS.

NULLUS, ex non & nullus, latiore fundit sensum,
quam *NEMO*; siquidem non tantum de hominibus,
ut *NEMO*, verum etiam de rebus omnibus aliis u-
surpatur. Cic. de Amicit. 29. Id. 4. Acad. 186. Adferri
nulli rei.

NULLVS interdum pro *NULLIVS MOMENTI*
& *UTILITATIS*, sive irritum, inane
ponitur.

Cic. de Amicit. 81. Id. l. 7. ep. 9. Ex eo tempore Vir
ille summus, Imperator nullus fuit, hat nichts getaugt.

NULLUS cum *EXTRA*.

Cic. in Orat. Nullus est numerus extra Poeticos. &c.

NULLVS cum *NISI*.

Cic. l. 2. de Fin. Id. Fam. 5. Id. lib. 5. ep. 5.

NULLVS pro *NON* saepe usurpatur.

Terent. Andr. 2. 2. 33. Cic. Attic. l. 12. 230. 4.

NULLVS cum *PRÆTER*, *PRÆTERQUAM*.

Cic. Attic. l. 11. Idem l. 5. ep. 3. Attic. cum *PRÆ-*
TERQUAM. Cic. 7. de Bell. Gall. Si nullam præterquam
visa nostra jacturam fieri viderem.

NULLVS QVIN, *QVI NON*, *IN QVO*.

Cum *QVIN*. Cos. l. 5. de bell. Gall. Nullum tempus
intermiserunt, quin trans Rhenum legatos miserent.

Cum *QVI NON*. Cic. l. 2. ep. 16. Nulla est acerbitas,
quæ non omnibus impendere videatur.

Cum *IN QVO*. Cic. de Provinci. Conf. Nullum
bellum civile fuit in republica, in quo &c.

O. OMNIS

OMNIS pro TOTUS.

OMNIS pronomen eandem in singulari significationem habens, quam in plurali, jungitur fere positivis & comparativis, non autem adeo frequenter superlativis, ut legere est apud Linacrum in de Emend, Struct. Lat. serm. l. 3. p. m. 163. sæpe usurpatur pro TOTUS Cic. in Pison. 8. Liv. Decad. 3. l. 4. Cic. 1. de Nat. Deor. Vim vitalem per omnem mundum pervinentem.

OMNIS pro QUICUNQUE.

Ponitur etiam pro QUICUNQUE Cic. pro Rose. Amer. Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis.

OMNIS per translationem repetiturum.

OMNIS eleganter per translationem, qua sæpissime utimur ad breviter amplificandum, cum emphasi iteratur. Cic. Attic. l. 7. Virg. Eclog. 4. Non omnis fere omnia tellus.

OMNIS ponitur ad breviter amplificandum. Cic. 2. de Divinat. 137. Cic. Attic. l. 5. Omnia omnium miseriarum plenissima.

P.

PAR.

PAR, æquale, quod eandem quantitatem habet cum altero, in Ablativo PARE & PARI habet, ad differentiam substantivi PAR, significantis numerum duorum, quasi inter se parium; ut, Paria amicorum Cic. de Amicit. 14. cujus Ablativus tantum in I definit. Derivari potest vel à Gr. *πᾶρ* i. c.

i. e. *juxta, apud, prope, vel à Lat. pareo, i. e. videor esse similis, adpareo, de quib. vid. Lex. Etymolog. Martini in lit. P. PAR, quod bene observandum, quoties ætas, aut tempus consideratur, atate, annis, aut aliquid, hujusmodi &c. postulat: Non latine enim par alicui, aut alicujus, omisso nomine, atate annis &c. dici solet. Rectius ergo, his non additis usurpatur **ÆQUALIS**.*

PAR, AC, PAR, ATQUE, PAR, ET.

Interdum jungitur **PAR** cum **AC**. Cic. 3. de Nat. Deor. 2. *Neque mihi par ratio cum Lucilio est, ac secum fuit.*

Cum **ATQUE** Cas. Bell. Gall. l. 5. de Ibernica loquens. *Pari spatio transmissus, atque ex Gallia est in Britanniam.*

Cum **ET** Cic. in Brut. *Omnia fuisse in Themistocle paria & Coriolano.*

PAR CUM.

Cic. 3. de Nat. Deor. *Nec mihi par cum Lucio ratio est.*

PAR pro **DECENS,**

CONVENIENS, ÆQUUM EST.

Quintil. l. 5. c. 12. Cic. ad Attic. l. 9. 180. 6. *Itaque mihi dubitanti, quid me facere par sit.*

PAREM ESSE, & PARIA FACERE.

PAREM ESSE idem est, quod sufficere alicui operi, sive resistendo illi, sive exequendo Cas. 1. Bell. Gall. 165. Cic. Attic. l. 12. 241. 5. **PARIA FACERE** est, quoq; alibi amissum est, vel quod aliunde acceptum, alibi, vel aliunde compensare. Seneca, de Benefic. l. 3. c. 9. vid. Valla Eleg. l. 5. c. 83.

Q.
QUALIS.

QUA-

QUALIS pronom. relativ. alicujus rei naturam declarans; ut, *Qualis Rex, talis grex.* Sumitur aliquando interrogative *Plaut. Trin. 15. 3. Qualine amico mea commendavi bona?*

QUALIS, QUALIS.

QUALIS, QUALIS iteratum, pro QUALIS-CUNQUE, est Latinitatis cadentis. Si *wechius* quidem in l. 2. c. 4. inquit *Cl. Cellarius* in *Cur. Post. p. m. 175. & in Antib. p. 131.* Vegeti hoc nomen solum, verum etiam adverbialem formam QUALITERQUALITER, pro QUALITERCUNQUE, quo utitur *Ulpianus* leg. 12. §. 3. *Dig. de Reihabitone*, commendat, verum nullam, præter *Ulpianum* l. 2. §. 1. de *Bon. posses.* secundum tabulas, adfert auctoritatem. Elegantius ergo semel ponitur QUALITER,

QUALIS terreptitum legitur apud *Ciceronem*. *L. 2. de Divinat. 200. Ad aperta & clara veniamus, quale est de illo imperfecto à Campano Megaris: quale de Simonide, &c. quale etiam de, &c.*

QUALIS, TALIS. & contra, de quo in litter. T. Pronomini QUALIS pulcre & eleganter respondet TALIS. *Cic. 2. Offic. 60.*

QUALIS semel positum pro QUALITER.

QUALIS pro QUALITER comparationibus faciendis apta particula est, *Virg. 4. Georg. 102.*

QUALISCUNQUE.

QUALISCUNQUE, ex Quali conflatum, plerumque extenuandi vim habet, *Cic. 1. a. de Nat. Deor. Cic. Artic. 1. 19. 31 2. 6. Sed homines benevolos, qualescunque sunt, grave est insequi contumelia.*

QUALISCUNQUE, TALIS.

QUALISCUNQUE sæpius sequitur TALIS *Cic. 3. de leg.*

de leg. 46. *Qualescunque summi civitatis viri sunt, talis est civitas.*

QUIS, vel **QUI**.

QUIS servit interrogatori, vel dubitationi. Cic. de Amicit. 40.

QUIS pro **ALIQUIS**.

QUIS pro **ALIQUIS** eleganter dicitur, ubi has particulas *si, sive, nisi, ne*, quo pro quanto, cum, & aliud, statim sequitur. Cic. de Provin. Cons. *si quis vestrum expectat.*

QUIS pro **QUALIS**.

Terens. Andr. 4. 2. 19. *Quis videor?*

QUI pro **QUALIS**, **QUIS**.

Cic. 1. de Divinat. 93. Terens. Adelph. 3. 7. 5. *Nescis qui vir sis.*

QUI interrogativum, pro **QUIS** saepe dicitur. Terens. Phorm. 5. 8. 18. Liv. 1. 3. ab Urb. *Qui finis discordiarum? Plerumque tamen Qui sine interrogazione & dubitatione adhiberi solet.* Cic. 2. Philipp.

QUI, **QUAE**, **QUOD**. pro **UT**, **DASSI**
Nonnunquam ponitur.

Liv. Decad. 4. l. 5. *Legatos ad T. Quint. miserunt, qui consilium ab eo peterent.*

QUI, **QUAE**, **QUOD**.

Eleganter **QUI**, **QUAE**, **QUOD**, praepositur; subsequente **HIC**, vel **IS**. Cic. Fam. 1. 6. ep. 23.

QUI, **IDEM**.

Praepositum **QUI** sequitur interdum **IDEM**, Liv. Decad. 1. l. 1. Cic. Attic. 1. 13. *Tu autem quod tibi persuaseris, idem mihi persuasum puto.* Et hoc quidem in inserjctis quibusdam vocibus, ut videre est ex supra citatis auctoritatibus, tum etiam proxime. Cic. 30. Philipp. *Quod idem fecit L. Philippus &c.*

QUI CUM, & **QVO CUM**.

Saepe usurpatur utrumque pro *Cum quo, quod in* usitat.

usitar. est. QUI est ablativus antiquus Terent. Heaut. 1. 2. 4. Qui cum loquitur filius Cic. ad Attic. l. 4. ep. 9. Usitatus est QUI CUM, quam QUO CUM.

QUID pro ALIQUID,

Terent. Heaut. 1. 4. 24. Id. Andr. 1. 1. 14.

QUID pro CUR, QUID ITA, pro CUR ITA.

Terent. Adalph. Quid tristis es? Virg. 1. Aeneid. 150.
Plaut. Epid. 2. 10. Ter. Andr. 2. 1. 14.

QUID ENIM

QUID interdum junctum habet ENIM. Cic. 2. de Fin. 147 Was ist dann? warum dann?

QUID EST, QUOD, CUR, QUAMOBREM,

QUID saepius sequitur Quod, Cur, Quamobrem, Terent. Eun. 3. 5. 11. Cic. 1. de Inv. 52. Id. pro Cluent. 105.

QUID HOMINIS, MULIERIS: causa, inimi-
terum, &c.

Pulcre dicitur pro QUIS HOMO, QUE MU-
LIER, qua causa &c. Cic. Verr. 4. Expanam vobis
breuiter, quid hominis sit, was er vor ein Mensch
seye. Ter. Heaut. 4. 8. 7. Cic. 5. Tusc. 47.

QUID pro IN QUO.

Aliquando QUID usurpatur pro IN QUO. Cic.
de Amicit. 30. Quinil. Quid tibi tantum malum feci?
quid offendi?

QUID LOQUAR, QUID DICAM,

in reticentia, pro Taceo, Sileo.

Pulchra est loquendi forma, cum aliquid nos tacere
simulamus, quod tamen exprimitur. Cic. 2. de Nat.
Deor. 191. Quid loquar, quanta ratio in bestis adpa-
reat? Was soll ich sagen.

QUID MULTA, QUID QUÆRIS, QUID O-
PPUS EST VERBIS, pro Quid cupis? quid vis
praeterea? quid plura? quid vis dicam?

Eleganter dicitur, cum rem ad compendium referimus. Cic. 3. Offic. 77. Id. Anic. l. 1. §. 7.

QVID, QVID?

Iteratum **QVID, QVID?** sarcasice interrogacioni emphatice dicitur, ut Donatus interpretatur, pro **ALIUD**. Terent. Eun. 3. 2. 51. ibid. 5. 3. 1.

QVID, QVID SI interrogantis aut instantis.

Terent. Phorm. 1. 2. 97. Plaut. Capt. 6. 31. *Quid pater? vivitne?* Terent. Eun. 5. 2. 26. *Quid si hoc quisquam, vos lus Deus &c.*

QVID, QVOD.

QVID, QVOD simul juncta, mirificam Latinitati venustatem parant, jungitur enim **QVID** cum **QVOD**, vehementius instandi gratia. Cic. 4. Acad. 51. *Quid, quod si ista vera sunt, ratio omnis tollitur.* Iteratum etiam quid, quod, saepius repetitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 149.

QVOD pro **QVANTUM**.

Terent. Adolph. 4. 5. 9. *Prodidisti & te & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit,* pro, quantum in te fuit.

QVOD pro **QVODAD**, vel **QVATEMUS**.

Quintil. l. 1. cap. de Orthographia. *Ego, quod consuetudo obtinuerit, scribendum quicque judico, quo modo sonat.* pro **Quoad**, vel **quateus**.

QVOD, pro **QVANTUM AD ID, QVODAD**.

In principiis periodorum saepe occurrit. Cic. Attic. l. 1. ep. 3. *Quod ad me scribis &c. de was du mic Schreibest von &c.*

QVOD IDEM.

Usurpatur nonnunquam pro **ID QVOD**, & pro **QVOD IPSVM**. Cic. de Arusp. respons. 11. confer **QVI**

QVOD pro **QVAMOBREM**.

Horat. l. 1. ep. 17.

*Quod te per genium dextramque Deosq; penates
Obsecra. Darum bitte ich dich &c.*

QUICUNQUE idem est, quod QUISQUIS.

QUICUNQUE eandem significationem obtinet, quam QUISQUIS, verum ejus usus latius patet. Cic. l. 1. ad Quint. Fr. ep. 1. Id. Fam. l. 14. Id. 1. de Orat. 27. Quicquid erit, quacumq; ex arte, quocumque de genere &c.

QUICUNQUE, pro QUALISCUNQUE.

QUI UNQUE, pro QUANTISCUNQUE.

QUICUNQUE extenuandi causa pro QUALISCUNQUE ponitur. Cic. pro Rab. Posth. 13. Quacumque mens illa fuit, Gabinii fuit Plin. l. 31. c. 9. 8.

QUICUNQUE pro QUANTISCUNQUE, augenda & amplificanda causa usurpatur. Cic. Astic. l. 8. Quodcumque militum contrahere potestis, contrahatis.

QUICQUID cum ID, IDEM, ID TOTUM ID OMNE, jungitur.

Cic. l. 10. ep. 5. Plaut. Menach. Mulier, quicquid dixerat, idem ego dicebam.

NOTA.

QUICQUID SIT.

QUICQUID SIT, frequens & tria formula nostrae aetatis est, quae ad alienum sensum detorta, quoties pro vulgari, *Es sey dem wie ihm wolle* / adhibetur. Livius quidem hac utitur formula QUICQUID SIT. l. 1. c. 59. Verum non illa, inquit Cl. Cellarius in Antibarb. c. 4. culpata, sed alia sententia subest, ita sermone vernaculo dicenda, *Es mögte sey'n was es wolle* / quae sane multum differt ab altera Getmanisimum redolente, quam Latine sic effert Cicero l. 13. ep. 37. *Quoquo modo autem se res habes*. Veteres dicebant *Quicquid est, Quicquid id est*, sed paullulum alio sensu, quem refert quaecumque id est. Ovid. 1. Pont. 6. 25. Quod frequentissimum in principiis sententiarum.

QVIDAM.

QVIDAM personam certam, aut rem dicit, & singulare potius signum est, quam particulare. Terent. Eun. 3. 2. 30. Cic. pro Cluent. 142. Quidam ex advocatis homo & honoribus populi ornatus. & summa virtute praeclarus dixit.

QVIDAM emphaticum.

QVIDAM saepius emphaticum est, quo nonnunquam utimur ad rei magnitudinem ostendendam, vel, ut clarius dicam, saepius rem tantam, ut verbis exprimi non possit, esse significat. Cic. l. 1. de Divin. Cic. l. 1. ep. 9. Quoniam tibi incredibilem quandam amorem &c. deberem.

QVIDAM cum CERTUS.

QVIDAM jungitur etiam cum CERTUS Cic. l. 1. de Orat. 90.

QUISPIAM pro ALIOUIS & QVIDAM.

Cic. l. 1. Offic. 47. Idem 3. de Nat. Deor. 124.

QUISQVAM.

QUISQVAM interdum in comparatione, interdum in interrogatione, quod frequentissimum est, adhibetur.

QUISQVAM in comparatione adhibitum, occultam quandam augendi vim habet, & respondet pronomini ULLUS. Cic. l. 14. ep. 7. Nisi vos fortiores cognovissem, quam quempiam virum.

QUISQVAM in interrogatione fere semper, & cum indignatione adhibetur, Cic. pro leg. Manil. 31. Id Verr. 8. C. Quid enim quisquam ad meam pecuniam me invito aspiras?

QUISQVAM cum SI.

Cic. Attic. l. 14. Si quisquam est facilis, hic est.

QUISQVIS.

C c 3

QVIS-

QUISQUE significat **QUICUNQUE** Duo verba petit, quia per relativum declaratur. *Plaut. Pseud. 10. 34. Quisquis es adolesecus, operam fac. &c.*

QUISQUE idem quod **UNUSQUISQUE**.

Eleganter postponi solet nominibus & pronominibus, ex gr. cum occurrit pronomen *se, suus, qui, Tertius*. aut aliud ejusmodi semper postponitur, cave ergo proponas *Terent. in prolog. Adolph. 21. Cic. 5. de Fin. 43.* Cum vero nihil ejusmodi occurrit, liberius usurpatur.

Obseru. Postea in conlocanda hac particula, cum primis si adest pronomen **SUUS**, liberaiores sunt. *Virg. 6. Aeneid. 249.*

Quisque suos patimur manes.

UT QUISQUE

Eleganter cum duobus superlativis jungitur,

Cic. ad Q. fr. 11. ep. 1. Ut quisque est vir optimus: ita difficillime alios esse improbos suspicatur. Hanc particulam cum suo superlativo sequitur alter superlativus, ut supra ostensum, male vero comparativus. Quod si autem **QUO QUISQUE** antecedit, cum comparativus, quod tamen rarius fit, geminatur. *Liv. Decad. 3. l. 6.*

QUOT QUOTUS.

QUOT pronomen numerale est, cui respondet **TOT & TOTIDEM**, & accipi potest tam relative atque infinite, quam interrogative *Cic. 2. de Orat. 76. Quot homines, tot causa.*

QUOTUS, relativum ordinale, quo significatur, cujus numeri, sive in quo numero aut ordine, Usurpatur interrogative & sine interrogatione.

Interrogative. *Horat. 2. Serm. Sat. 6. 9. Hora quora est?*

Sine

Sine interrogatione. *Horat. 2. ep. 1. 7. Mart. l. 14. 217. Dic quotus es, &c.*

QVO TVS QVIS QVE.

Per interrogationem praefatur.

Cic. 5. de Fin. 53. Id. 3. de Divin. 77. Quae enim quaeque res event. praedicta ab istis?

R.

RELIQVVS.

RELIQVVM EST, & RESTAT.

RELIQVVM EST, Idem significet quod **RESTAT**. Sed ut transitioni, & nonnunquam absolute ponitur. *Cic. Attic. l. 7. Reliquum est jorari, si his sinat.* Hoc tamen bene observandum, quod **RESTAT** cura **VI, RELIQVVM EST** vero cum **VT & NE** jungatur. *Cic. l. 1. de Fin. Terent. Heeyr. Quid restat porro ne fiam miser? Cic. Fam. l. 12. Reliquum est, ut de me scribam Id. l. 9. Reliquum est, ne quid stulte, ne quid temere dicam.*

QVOD RELIQVVM EST, idem est, quod **DE RELIQVO**. Das Ubrige belangend.

Cic. Fam. l. 14. Quod reliquum est, sustentate, mea Terentia. Id. Attic. l. 16. Id. l. 13. ep. penult.

NB. Interdum pro **RELIQVVM EST** usurpatur **RELINQVITVR**. *Cic. pro Flac.*

S.

SIMILIS.

SIMILIS quamvis saepius Genitivo, & Dativo, Illi cum de imitatione morum, vel doctrinae, huic cum de aetate, vel forma, vel fortunis sermo est, jungatur, tamen saepissime copulatur cum **AC, ATOVE, VT TANQVAM**.

Cum **AC**. *Cic. 4. de Fin. 51. Liv. ab Urb. Similem pavorem Indis fugamque fore, ac belle Gallico fuerat.*

Cum **ATOVE**. *Cic. 5. de Fin. 72. Id. pro Rab. per dicit. rec. 9.*

Cum **UT** & **TANQUAM**. Cic. de Senect. Similes sunt, ut si qui gubernationem in navigando agere nihil dicant. Cic. 2. de Divinat.

T.

TALIS.

TALIS absolute dicitur. Cic. pro Cluent. 116. Vir tali dignitate praeclitus.

TALIS saepe jungitur cum **AC**, **ATQUE**, **QUI**, **UT**.

Cum **AC**. Cic. in Partim. 7. Honos talis Pop. Rom. voluntate paucis est delatus, ac mihi.

Cum **ATQUE** Terent. Phorm. taxo, talium maiestatum, atque hic est, infortunio.

Cum **QUI**. Cic. Fam. l. 10. Talem te esse oportet, quod primum te ab impiorum civium societate sejungas.

Cum **UT**. Cic. 1. Offic. 119. Tales enim nos tunc putamus esse, ut iure laudemur.

TALE ALIQUID, **TALE QUIDDAM**.

TALIS, **TALE** interdum adicitur **ALIQUID**. Cic. Attic. l. 16. 335. 4. aut **QUIDDAM**. Cic. 2. de leg. Agrar.

TALIS, **QUALIS**.

Liv. Decad. 9. lib. 4. Cic. 1. de Orat. 43.

TANTUS.

TANTUS interdum absolute ponitur Cic. l. 5. Tusc. 43. In his tot tantisque malis. Nonnunquam etiam jungitur cum nomine **QUANTUS**, vel uno verbo copulato, vel duobus diversis, vel eodem iterato Liv. Decad. 3. l. 5. Cic. Fam. l. 6. Id. Attic. l. 5. ep. 20.

TANTUS, **QUANTUS**, **MAXIMUS**.

Cic. de Amic. 8. Tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, studiorum merumque dissenso.

TANTUS, **UT**.

TANTUS saepe adsumit **UT**. Liv. Decad. 1. l. 1.

TAN-

TANTUS.

Interdum in epiphonemate locum habet.

Cic. l. 11. ep. 8. Ulro se offerant omnes. Tantus ardor omnium animos occupavit.

TANTI EST. pro EXPEDIT.

Tam utile, tam optabile est, pulcre ponitur, *Cic. 2. in Catilin. 36. Idem 6. Verr. 24.*

NIHIL TANTI EST, pro NON EXPEDIT, NIHIL TAM MIHI OPTATUM EST.

Interdum jungitur cum UT, vel QUO.

Cic. ad Attic. Nunc nihil mihi tant. est: faciam quod volunt.

Cum UT. *Cic. Attic. 12. ep. 3. Nihil tamen tanti, ut à se abessem.*

Cum QUO. *Brutus ad Ciceronem 16. 8. Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram.*

TOT.

TOT nomen numerale indeclinabile, interdum absolute usurpatur *Cic. 4. Verr. 9.* Interdum etiam adfiscie QUOT, Ut, *Cic. 2. de Orat. 76. Cic. Fam. l. 5. ep. 20.*

TŌTIDEM.

Etiam ἀκλιτον est, & absolute ponitur.

Cic. 2. de Divinat. 135. Virg. 3. Aeneid. 41. Nonnunquam jungitur cum QUOT. Liv. Decad. 3. l. 9.

U.

UNUS ALIQUIS. pro QVISPIAM.

VNVS ALIQUIS interdum pro QVISPIAM usurpatur. *Cic. 2. Offic. 58. Interdum vim extenuandi habet Cic. 10. Philip. 270. Cur nunquam tam frequens senatus fuit, quod unus aliquis tuam sententiam secutus sit?*

VNVS, ALTER.

VNVS, ALTER, distributive usurpatur *Liv.*

Decad. 3. l. 7. *binæ castraerant, una M. Livii, altera L. Porcii.* Cic. l. 2. ep. 17.

VNVS, AETER, TERTIVS,

cum res plures duabus numerantur, dicere solemus.

Cic. 1. Acad. 28. *Quintih. l. 6. c. 4. interdum etiam pro Tertius ponitur plures, aut aliquid ejusmodi.* Cic. 6. Verr. 57.

VNVS & ALTER, pro DVO.

Cic. 4. Verr. 53. Horat. 2. de Art. 3. Germanismi crimine absolutum est à Vorstio. vid. Cl. Cellarius in adpendice Miscellan. p. m. 314.

VNVS aut ALTER pro VNVS aut DVO.

Cic. ad Attic. l. 7. 128. 2.

VNVS, ATOVE IDEM.

VNVS interdum copulatur cum IDEM. Cic. 7. Verr. 72. *Vna atque eadem nox erat, qua &c.*

VNVS pro SOLVS.

Terent. Adelph. 3. 3. 82. Plaut. Capt. 6. 81.

VNVS pro SOLVS genitivo aliquando jungitur & fere cum adjectivo *omnis*. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 15. Aliquando etiam substantivo jungitur. Plin. l. 11. c. 37. 9. *Calvitium unæ tantum animalium homini:* Sed quasi sabauditur, *omnium*. Quod si antea Ablativum regit cum præpositione, alterius est significatio- nis. Vid. Valla Eleg. l. 3. c. 67.

AD VNVM i. e. Nullo excepto.

Liv. Decad. 3. l. 5. § l. 8. *Cæsi ad unum omnes sunt.*

VNVS EX OMNIBVS, vel INTER OMNES.

Magnam augendi vim habet: quia unus confertur cum omnibus. Plaut. Stich. 2. 11. Cicer. 1. de O- ras.

VNVS

VNVS cum superlativo,

Vehementer auget. Interdum enim subauditur *Omnium*, interdum etiam additur *Omnium* aut *Totius*.

Cic. l. 15. ep. 16. Cum uno fortissimo viro &c.

Cic. l. 4. 13. 10. P. Nigidio uni omnium doctissimo &c.

VNVS QVIVIS, **VNVS VLLVS**.

Quo confer **ALIQVIS**, fere extenuandi vim habent.

Terent. Andr. 5. 4. 1. Miute orare, una harum quævis causa me ut faciam monet. Cic. 2. de leg. Agrar. 45.

UTER.

De duobus separatim dicitur, poniturque interrogative & aliquando infinite. Plaut. Menah. 17. 21. Cic. 1. de Invent. 230. Cic. 2. de Divin. 173.

UTER cum pronomine **ALTER**, & **UTERQUE** iungitur.

Cum **ALTER**. Plinius. Vter alteri dixeris, nescio.

Cum **UTERQUE**. Cic. ad Quint. Fr. l. 1. Sed utrosque habueris libros (duo enim sans corpora) an virosque, nescio.

UTER nonnunquam iteratur

Cic. 1. de Invent. 230. Id. pro Milon. 17. Vter utri infidias feceris.

UTERQUE.

UTERQUE, pro alter & alter, vel unus & alter: de duobus conjunctim dicitur. Plaut. Amphib. 1. 7. Terent. Phorm. 3. 2. 16. Elin. l. 12. c. 1. 7. Cic. pro Milone: Magna vis est consensientia in utramque partem.

UTERQUE geminatum.

Ter. Phorm. 53. 17. Uterque utrique est cordi.

UTERQUE cum **ALTER** & **NEVTER**.

Cum **ALTER**. Cic. 1. Offic. Quorum uterque suo studio delectatus, contempsis alterum.

Cum

Cum NEUTER. Cic. pro Quinto. Ut aut uterque
inter se aut neuter satis daret.

~~~~~

## Tract. II.

De

### ADVERBIIS.

A.

#### ABHINC.

**A**BHINC adverb tempore de præterito non fu-  
turo, hoc enim cum significatur, semper usurpa-  
tur AD, vel POST, non ABHINC: jungitur sæpius  
Accusativo, rarius Ablativo.

Accusativo Terent. Andr. l. 1. 42. Cic. 4. Verr. 16. Ho-  
rum pater abhinc duos & viginti annos mortuus est.

Ablativo. Cic. Attic. l. 12. 241. 7. Plant. Mero. 7. 63.

#### ADEO.

ADEO, inquit Festus, cum secunda acuta effertur,  
idem est, quod *inque eo*, non quidem secundum ratio-  
nem: quia ad præpositio accusativis adcommodata  
est: sed vetusta quadam loquendi consuetudine.

ADEO in principio, pro IN TANTUM sæpius  
servit Epiphonemati.

Cic. l. 1. Offic. Adeo summa eras observatio in bella  
gerendo.

ADEO pro CERTE, VERO,

ADEO sæpius usurpatur pro CERTE, VERO, sed  
eum ponitur secundo loco. Terent. Andr. 2. 6. 9. Cic.  
l. 2. de Orat. 9. Magis adeo id facilitate, quam alia ulla  
culpam contigit?

ADEO cum ATQUE pro IMO.

ADEO in medio sententiarum positum, cum præce-  
dit ATQUE, fere pro IMO, accipitur: & servit cor-  
rectio-



rectioni. Oder besser zu sagen/ja nicht mehr. *Cic. pro Planc. 38. Insector, posco, atque adeo flagito.*

**ADEO NON** pro **TANTVM ABEST, UT.**

*Colum. l. 2. Plin. l. 11. c. 6.*

**ADEO, UT.**

*Cic. ad Quintil. Fr. l. 1. 24. Liv. Decad. 1. lib. 4.*

**AD HVC.**

**ADHVC** idem significat, quod *Usque adhuc, hactenus, ad hoc tempus* & refertur ad tempus cum praesens, cum praeteritum. *Cic. ad Attic. l. 7. 131. 1. Id. ad Heren. l. 2. 16. Id. ad Ligar. l. 6. 14. 7.*

**ADHVC** pro **PRÆTEREA.**

*Plin. l. 33. c. 2. Quintil. l. Est adhuc alia in respondendo figura.*

**AD MODVM.**

**ADMODVM**, quasi *ad modum*, significat *satis, aut Valde*. *Cic. de Nat. Deor. l. 2. Liv. Decad. 3. l. 2.*

**ADMODUM NIHIL**, & vice versa, pro **NIHIL OMNINO & PENE NIHIL.**

*Cic. in Brut. 110. Curio litterarum admodum nihil sciabas.*

**ÆGRE.**

Adverbium ab *Æger* ductum, idem est, quod *difficiler*, ut *Servius* ait. *Cic. de Provinc. consul. 5. Virgil. 3. Georg.*

**ÆQUE.**

Interdum absolute ponitur.

*Cic. l. 5. ep. 21. Liv. Decad. 1. l. 1.*

**ÆQUE** saepe cum **AC, ATQUE.**

Interdum cum **ET, vel UT** jungitur.

Cum **AC.** *Cic. 4. Acad. 156. Id. ad Curionem l. 2.*

Cum **ATQUE.** *Cic. 1. Offic. 74. Id. de Arusp. respons. 15.*

Cum

Cum *ET*. Cic. ad Heren. Egens aque est is, qui non factis habet, & is, cui nihil factis potest esse.

Cum *VI*. Cic. pro Domo sua 24. En, Pompejum studio & auctoritate aque, ut unumquodque vestrum opibus Sc. pro salute mea laborasse.

*AQUE* jungitur nonnunquam cum Dativo, nonnunquam cum Ablativo.

*AQUE* junctum Dativo. Plin. l. 35. c. 3.

Ablativo. Plaut. Amph. 4. 139. Nullus est hoc meticulosus aque. i. e. tam meticulosus quam hic.

*AGE, AGITE, AGEDVM.*

*AGE*, inquit Valla Eleg. l. 1. c. 16. singularem numerum desiderat. *AGITE* pluralem. *AGEDVM* vero non singularem tantum; sed etiam pluralem; neque id modo in carmine: ut Propertius; Vos agendum: sed etiam in Prosa, ut Cic. in Sylla 53. Liv. ab U. b. 163. Apud Plautum, Valer. Flaccum, aliosque etiam legere est *AGE* cum verbo plurali.

*AGE, AGITE, AGEDVM &c.*

Sunt adverbia hortandi, & ed alia transeundi. Virg. 4. *Æneid.* Eja age, rumpe moras. Terent. Eun. 4. 4. 27. Plaut. Menab. 17. 105.

*AGE, AGE PORRO* adverb. instantis.

Cic. 5. Philip. Age, si paruerit, hoc tunc uti aus volumus, aus possumus. Cic. 7. Verr. 45. Id. l. 2. de Invent. 201. Age porro, quid si ipsi velint iudices adscribere, passurusne sit populus? Age porro, i. e. verum esto, Esto, ita hic sane.

*AGE* excitandi adverbium, frequens est post *NVNC*, in connexionibus Poeticis.

Virg. Georg. 4. 30. Id. *Æneid.* 6, & 9. & hoc genus obsecuratur in transitione.

*AGE, AGE* repetitum; & *AGE SANE* concedentis, S. consentientis.

Terent.



Terent. Andr. 2.1.12. Age, age, ut lubet. Cic. 5.  
Tusc. Cic. l. 4. de Fin. ad fin. Age sane, inquam. i. e. per  
me licet facias.

AGE VERO, AGE NUNC AGE PORRO.

AGE interdum ad seiscit Vero, Nunc, Porro. Cic. 1.  
de Invent. 4. Id. pro Rosc. Amer. 27. Id. 7. Ferr. 45. AGE  
AVTEM, teste Valla Eleg. l. 2. c. 24. nunquam dicitur.

AGESIS VERO, AGESIS NUNC.

Transitioni serviunt. Agesis compositum est ex  
particula sis, quæ verbis imperativi modi apud veteres  
addebatur. Cic. in Partition. 25. Lucret. l. 1. Cic. 2.  
Tusc. Agesis nunc de ratione videamus, Interdum et-  
iam disjunctum legitur Agesis, Plaut. Epid. Age, acci-  
pe hanc, sis.

ALIAS. ALIAS interdum iteratur.

ALLAS iteratum. Cic. l. 2. de Fin. Id. l. 3. de Orat. 117.  
Triplacatum. Plin. l. 7. c. 55.

Quadruplicatum. Cic. l. 1. de Invent. 111.

ALIAS ALIUD.

Cic. l. 2. de Orat. 17. Itaque & illi alias aliud iisdem  
de rebus & sentiunt & judicant.

ALITER.

ALITER i. e. alio modo. Cic. 6. Verr. 45. Terent.  
Adeiph. 5. 8. 13.

ALITER ATQUE ALITER. i. e. variis modis.

Plin. l. 2. c. 93. 3. Aliter atque aliter Numen erumpens.

ALITER, ALITER.

Cic. 3. Offic. 89. Plaut. Epid. 12. 9. Aliter catuli longe  
olent, aliter sues.

ALITER interdum jungitur cum AC, ATQUE,  
ATQUE VI, QUAM.

Cum AC. Terent. Phorm. 3. 2. 45. Cic. 1. Offic. 45.  
Aliter de illis ac de nobis judicamus.

Cic.

Cum **ATQUE** Cic. l. 4. de Fin. Hic loquebatur aliter atque omnes

Cum **ATQUE UT** Cic. ad Attic. l. 16. ep. 3:7. 4. De Antonii itineribus, nescio quid aliter audio atque ut ad te scribebam.

Cum **QUAM** Plaut. Stich. 2. 29. Ovid. 1. Trist. 3. Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam.

Nonnunquam etiam **ALITER** copulatur cum **ET** Cic. ad Attic. l. 10. ep. 203. 2. Quod de puero aliter ad se scripsit, & ad matrem de filio, non reprehendo.

**ALIBI** significat, alio in loco.

Plin. l. 2. c. 3. Cic. Attic. l. 13.

**ALICVBI** significat, aliquo in loco.

Cic. Attic. l. 9. 181. 13. Quintil. l. 10. c. 1.

**ALIVNDE, ALICVNDE**

Prius idem est, quod ab alio loco, Plin. l. 15. c. 19. 7. Cic. Attic. l. 10. Posterius vero significat, Ex vel ab aliquo loco. Cic. pro Cecin. 34. Ter. And. 2. 4. 3.

Notandum est, hæc adverbia non semper locum significare, sed sæpe ad rem aut hominem referri. Sic, Cic. 4. Acad. 185. Id. Attic. l. 10. 192. 4. Plaut. Perf. 2. 42.

**ALIVANDO**

**ALIVANDO** est adverbium temporis, significans in aliquo tempore. Cic. 3. Verr. 50. Es aliquando miseremini sociorum iudices. Id. l. 6. ep. 6.

**ALIVANDO** sæpius ponitur pro **INTERDUM**.

Cic. l. 5. ep. 8. Id. 3. Offic. Liceret ei dicere, honestatem aliquando cum utilitate pugnare.

**ALIVANDO** pro **TANDEM**.

**ALIVANDO** sæpius pro **tandem** dicitur, quod etiam



etiam majoris explicationis gratia interdum adiungitur, & vel proponitur, vel postponitur.

Pro **TANDEM**. Cic. *Attic. l. 1. ep. 13. 10.* Aliquando nos revisas.

**ALIQUEANDO** junctum cum **TANDEM**. Cic. *in Casilin. 25.* Tandem aliquando Quirites. *Id. pro Quinct. 63.*

**ALIQUEOTIES** adv. numeri. *Etlichmahl.*

Cic. *l. 2. de Leg. 15.* Cic. *4. Verr. 123.*

**AMPLIUS** pro **PLUS**.

pulcre dicitur & ad tempus numerumve refertur.

Cic. *3. Verr. Facite quod vultis daturus non sum amplius.* Cic. *pro Rosc. Comed. Amplius triennium est, ibid. Amplius sunt sex menses, subauditur Quam.* Et jungitur adv. **AMPLIUS**, cum *Nominativo, Genitivo, Accusativo & Ablativo.*

**AMPLIUS**, pro **INSUPER** & **PRÆTEREA** sæpe usurpatur, & interdum **QUAM** adnectitur.

Cic. *pro Plancio 14.* Nihil dico amplius. Cic. *2. de Nat. Deor. 48.* Quibus natura nihil tribuit amplius, quam ut ea alendo atque alendo uteretur.

**AN, ANNE, AN VERO** &c.

Interrogationi. (cum Indicativo) & dubitationi (cum conjunctivo) serviunt.

**AN, ANNE, AN VERO**, in principio sententiarum, interrogationi servant, & urgent ac negant vehementer. Cic. *in Pisonem.* An potest ulla esse excusatio. *Terent. And. 5. 2. 10.* Cic. *pro Rosc. Amer. An vero, iudices, intelligis &c.*

**AN, ANNE, ANNON** &c. etiam dubitationi servant. *Terent. Adelph. 4. 5. 33.* Cic. *Offic. l. 1.* Dubitare honestumne, an turpe sis. *Idem l. 4. Acad. 165.* *Plaut. Mil. 20. 26.*

NB. **AN, ANNE** sæpius interrogationi & dubitationi

birationi subjiuntur pro *AUT.* ut legere est apud Ciceronem aliosque.

Plura de particula *AN* supra in Fonte p. 152. Et in *Antibarb. Cellaris c. 5. de syntaxi suspecta legi possunt.*

*ANTE.*

*ANTE* nullum regens casum adverbium temporis est *Cic. Attic. l. 14. 317. 1.* & sæpius jungitur adverbis in *O* desinentibus. *Terent. Eunuch. 4. 5. 7. Sed Thais multo ante venit.* Nonnunquam *Ante* jungitur cum ablativo *Plin. l. 4. c. 16. Cic. 1. Tusc. 112. Et paucis ante diebus* &c. perinde ac si diceretur, paucis diebus ante: Non enim ablativus ab *ANTE* regitur & de in hoc loquendi genere ipsum *ANTE* interponi, aut certe postponi solet.

*ANTEA.*

*ANTEA* adverb. temporis, quasi *ANTE EA.* Cui opponitur *POSTEA*, quæ duo tamen interdum tanquam relativa, aut reciproca leguntur. *Cic. Lent. 1. 9. 104. Appius in sermonibus ante dicitabat, postea dixit etiam in senatu palam.*

*ANTEHAC.*

*ANTEHAC* adv. temp. i. e. ante hoc tempus: quasi ante hæc. Cui opponitur *POSTHAC* & *NUNC* *Cic. Cornif. l. 12. ep. 23.*

*ANTEQUAM.*

Adv. Temp. jungitur & cum indicativo & cum subjunctivo. Ac interdum junctum, interdum disjunctum legitur. Junctum legitur ap. Ciceronem *Catil. 4. Nunc antequam ad sensentiam redeo, pauca de me dicam.*

Disjunctum pluribus verbis interjectis, legitur ap. *Cic. pro Rabir. Quæ causa ante mortua est, quam in natis esses. Liv. Decad. 4. l. 4.*



B.

## BELLE.

**BELLE** adverb. idem est, quod **BENE**: sapius tamen usurpatur pro **VENUSTE**, **CONCINNE**, & **COMMODE**.

Cic. ad **Quinct.** Fr. l. 3. *Agua non longe à villa belle sane fluens* Cic. **Asic.** l. 6. ep. 11. 2. 6. *Sumus ambo bene curiosi.*

Id. **Attic.** 7. Id. **Tiron.** l. 16. 19. 2. *Bellissime navigare.*

**BENE** nonnunquam pro **VALDE** accipitur.

Cic. l. 5. de **Fin.** 135. Id. 2. de **Orat.** *Bene ante lucem.*

Huc refer: *Bene peritus, Bene nummarus, Bene doctus.*  
Oratio bene longa: bene longinquus doler: bene manuum &c. aliaque ejusmodi.

## BREVI.

**BREVI** adverb. sive ablativus pro adverbio, idem significat, quod **breve tempore**, Cic. 7. **Verr.** 111. *Brevi postea est mortuus, & breviter, i. e. paucis verbis.* Cic. 1. de **Orat.** 93. *Complecti brevi* Cic. pro **Pulchro** 3. 8. 2.

C.

## CETERVM.

Adverb. significans: *Quod reliquum est, de cetero, praeterea &c.* Interdum etiam pro **sed** positum. Cic. ad **Quinct.** Fr. l. 2. ep. 15. **Plaut.** **Pænul.** 9. 125. — *De hinc ceterum valere.*

**CETERVM** pro **SED**. Cic. **Fam.** 6. *Ceterum is mihi locus non displicet.*

NB. **CETERA** pro **CETERVM**, non solum utuntur Poetae, sed etiam Historici. Orator vero **CETERVM**, aut **CETEROQVI**. **Virg.** 9. 134. **Liv.** l. 1. ab **Urb.** *Ego virum cetera egregium secusa &c.*

**CETEROQVI**. s. **CETEROQVIN**.

**CETEROQVI** adv. interdum pro **CETERVM**, interdum etiam pro **ALIOQVIN** usurpatur Cic. l. 1. de **Nat. Deor.** 81.

D d 2

CER-

**CERTE** adverb. confirmantis.

Cic. 3. de Fin. 42. *Satisne hoc conclusum videtur?*  
*Certe. Ter. And. 5. 4. 20. 11.*

Interdum est adv. concedentis. Græce *οὐδ*, ut vult  
 Budæus, Cic. 2. de Fin. 145. *Naturales Divitias dixit  
 parabile esse, quod parvo esset natura contenta: certe,  
 nisi voluptatem tanti aestimaretis. Quod si antecedit  
 fortasse, si non, aut alia particula, quæ dubitationem  
 contineat, certe pro saltem, vel utinque pulcre poni-  
 tur. Cic. Marcello. 1. 4. 7. 5.*

**CERTE QUIDEM, & QUIDEM CERTE.**

**CERTE QUIDEM** fere semper in principio; **QVI-  
 DEM CERTE** vero in fine ponitur, & idem signifi-  
 cant, quod **CERTE**: **QUIDEM** enim post **CERTE**  
 tantummodo expletiva & ornativa particula vide-  
 tur. Cic. 1. Tusc. *Ubi est animus, certe quidem in te est.*  
*Idem Attic. 1. 16. 333. 20.*

**CITIUS.**

**CITIUS** interdum ponitur pro **PRIUS**, Cic. 1. 5.  
*ep. 6. Horat. 1. carm. Ode 13. 4.* Interdum etiam pro  
**POTIUS**. Cic. in Brus. *Eam cuius vesperatoriam, quam  
 Oratoriam dixeris.*

**COMMODUM.**

Adverb. pro *commode*, *opportune* dicitur. *Plaus.  
 Merc. 4. 101.*

— *Si isthac ibis, commodum obviam venies patri.*

**COMMODYM CUM.**

**COMMODYM** sæpe adsciscit **CUM**, & tum signi-  
 ficat *vix*, vel tantum Cic. Attic. 1. 13. 267. 1. *Commo-  
 dum discesseras heri, quum Trebarius venit.*

**CONTINENTER.**

i. e. *conjuncte continneque*, sine intermissione.

Cas. 1. bell. Gal. 3. *Belga cum Germanis bellum conti-  
 nenter gerunt.*

CON-



## CONTINUO.

adv. i. e. *confestim* vel *statim*.Cic. Terent. 14. 3. 7. Terent. Heaut. 3. 1. 91. Continuo  
hicero.Interdum CONTINUO cum Non copulatur, &  
tum usurpatur pro NON IDEO Cic. pro Rosc.  
Amer. 57. Non continuo, si me in gregem sicariorum  
conuli, sum sicarius.

CONTRA, sine casu est adverbium.

CONTRA adv. Sæpius usurpatur pro *ex adverso*,  
è contrariaparte, è regione. Ter. Eun. 2. 3. 63. Cic. 4.  
Acad. 180. 4. Virg. 6. Æn. 5.

Contra elava mari respondeo Gnosia tellus.

CONTRA nonaunquam jungi solet, cum AC,  
ATQUE, QUAM.Cum AC. Cic. pro Corn. Balb. 5. Si denique ali-  
quid non contra ac liceret, factum diceretur &c.Cum ATQUE. Cas. 1. 3. B. C. Negant se sibi judici-  
um sumtuos, contra atque omnis Italia jud. cavisset.Cum QUAM. Cic. in Pison. 13. Ut senatus contra  
quam ipse censuisset ad vestitum redires.

E contra barbarum est, rectius dicitur è contrario.

CUR. adverb.

Interdum interrogative, interdum sine interroga-  
tione ponitur, connectique solet cum vocabulo  
causa.Interrogative. Terent. Andr. 1. 1. 21. Cur simulas igi-  
tur. Cic. pro Cluent. 135. Qua causa est cur hoc velis?Sine interrogazione Cic. pro Rosc. Comæd. 24. Non  
fuit causa, cur tantum laborem caperes & ad me ve-  
nires.Vocabulum causa, quamvis sæpius omittatur, sub-  
auditur eamen. Cic. pro Cluent. 116. Quid est cur?

## D.

## DEINDE.

Adverb. ordinis nonnunquam sæpius repetitur.

*Cic. 1. de Invent. 51. Id. Appio. l. 3. 7. 11. Deinde etiam aliquando ponitur, ubi non præcessit primum, aut aliud ordinis adverbium Cic. 4. Acad. 71.*

DEINCEPS. adv. ordinis.

DEINCEPS interdum idem est quod, POSTEA, DEINDE, sive POSTREMO. *Cic. 1. de Divin. 112. Cas. 7. bell. Gall. 9. Cic. 3. de Fin. 32.*

Interdum etiam pro ITERUM ponitur. *Cic. ad Heren. l. 1. 15. Cavendum est etiam, ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus.*

Deinceps pulcre quoque usurpatur pro successive & consequenter sive unus post alium. *Cines nach dem ande. n Cic. Thermo. l. 2. 17. 5. Cicer. de Cl. Orat. 6. l. 4. de Rep. Deinceps accipere ab aliis & tradere. vid. Sat. & ill. Minerva in de conjunctionibus libro 3 p. m. 267.*

## DEMUM.

DEMUM adverb. ordinis idem significat quod TANDEM, AD POSTREMUM, POST. & cum interrogatione jungitur, vehementerque urget. *Cic. 4. Acad. 81. Id. 5. Tuscul. Plerumque tamen ponitur pro DENIQUE. Cic. Attic. 10. Nunc demum litteris tuis rescribo.*

DENIQUE adv. ordinis.

DENIQUE fere semper, inquit Donatus, ad finem dictorum ponitur pro POSTREMO: Et Vallæ etiam Eleg. l. 6. c. 2. Denique, ait, tum subjungimus, quum sunt multa enumerata, significantes hoc ultimum esse omnium. *Terens. Phorm. 4. 3. 44. Ut ad pau-*



ca redam & misericordiam illius inepitias; Hæc denique ejus  
fuit postrema oratio. Cic. post red. ad Quiriz. 13.

Nonnunquam etiam DENIQUE usurpatur pro  
DEMUM. Cic. Fam. 1. 9. Tantum accessit, ut nunc  
denique amare videar, antea dilexisse.

DIU. adv. temporis. i. e. Longo tempore.

Terent. Eunnuch. 2. 3. 4. Plant. Epid. 8. 40. Diu me  
esse demorari Cic. pro Dom. sua 50.

DIU & MULTUM & MULTUM  
DIUQUE.

DIU sæpius copulatur cum MULTUM, vel ad  
temporis diuturnitatem, vel ad temporis assiduitatem  
& attentionem significandam Cic. in Orat. 1. Diu  
multumque dubitare. Id. pro Sylla 54. Id. de Senect. 8.  
Quum multum diu vixeris

Observe. DIU cum præsentis tempore jungitur,  
actione adhuc durante. Terent. Eunnuch. Satis diu  
jam saxum volvo. Cic. 2 de Orat.

DONEC.

DONEC idem quod QUOAD, vel QUOUSQUE  
Plant. Amph. 7. 40. interdum pro QUAMDIU,  
DVM, ponitur, quod tamen rarius fit. Ovid. l. 1. Trist.

Donec eris felix, multos numerabis amicos.

DVM.

DVM adv. temporis pro USQUE DVM, vel DO-  
NEC, sequentibus fere verbis jungi solet. Expecto,  
Moror, Operior &c. Cic. Astis. l. 7. 121. 7.

DVM pro ADHUC usurpatur præcedente  
NIHIL, vel NON.

Cic. Plane. l. 12. 12. 6. Id. ad Cass. l. 12. 7. 5.

DVM pro DVM MODO sive MODO.

Cic. 5. de Fin. 153. Dum res maneant, verba fingant  
arbitrii suo. Ter. Eunn. 4. 6. 4.

**DUM** pro **QUAMDIU**.

Terent. Heaut. 2. 2. 11. Cic. l. 3. de Fin. Cic. pro Rosc.  
Amer. 5. Dum hominum genus erit.

**DUM** pro **QUOAD**.

Colum. l. 2. c. 11. Paulum aqua maceratur dum in-  
lentescat.

**DUM**, nonnunquam cum **USQUE**, & **USQUE EO**  
i copulatur.

Cic. Assic. l. 15. M. l. 2. de Nat. Deor.

**DUM MODO** adverbium,

Conditionem significans.

Cic. 3. Offic. 109. Qui omnia recta & honesta negli-  
gunt, dummodo potentiam consequantur.

**DUM MODO NE**, & **NE QUID**, non, **DUM**-  
**MODO NON**, palere & eleganter dicitur,  
cum conditio negans est.

Cic. de Orat. Dummodo ne sit continuum. Id. l. 10. ep. 25.

E.

**EATENUS** significat vel **USQUE AD ID**, vel  
**USQUE AD EUM TERMINUM**.

Plaut. Mostel. 3. 34. Eatenus abeunt à fabrica; jun-  
gitur v. Interdum cum **QUO AD**, Cic. ad Quint. Fr.  
l. 1. 1. 15. Eum ferres eatenus, quoad per se negligere  
eas leges, quibus est adstrictus. Interdum etiam cum  
**UT**. Colum. l. 5. c. 1. 4. Si eatenus progreditur, ut di-  
cas qua quidque ratione faciendum.

**ECC E**.

**ECC E** adv. demonstrandi, repentinum aliquid,  
insperatumque significat: & hoc fere sequitur autem.  
Cic. 2. de Fin. CLIV. Ecce miserum hominem. Cic. 7.  
Verr. 69. Ter. Phorm. 2. 1. 34.

**NB.** **ECC E** non tantum cum Nominativo & Dativo  
jungitur, ut Cic. Assic. l. 14. 388. 1. Ecce Ansonius.

Id. in



*Id. in Orat. pro Cluent. 60. Ecce tibi. Verum etiam cum accusativo Ter. Adolph. 5. 9. 38. Ecce me. Licet Valla, Vir alias vastæ lectionis, Eleg. l. 2. c. 15, se nunquam cum Accusativo legisse dicat.*

## EN.

*EN adv. demonstrantis, iridentis, indignantis, aut miserantis.*

*EN demonstrantis & iridentis. Virg. 1. Aeneid. 93.*

*En Priamus, sunt hic etiam sua premia laudi.*

*Cic. pro Cluent. 146. En hoc illud est, quod ante dixi, mulier abundat audacia.*

*EN indignantis, aut miserantis. Cic. pro Deiot. 11. Ter. Phorm. 2. 3. 1. En unquam cuiquam consumelissus audistis factam injuriam, quam hæc mihi est. Cic. pro Sest. 50.*

*ECQUANDO idem quod NUM ALIQUANDO.*

*Cic. Verr. 4. Ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti.*

*EO, cum QUO, sæpius pro TANTO. QUANTO usurpatur.*

*Cic. 2. Tusc. 97. Id. l. 11. ep. 11.*

*EO cum NE, cum UTNE, & cum UT absolute.*

*Plaut. Aulul. 7. 63. Cic. l. 11. ep. 69. Cic. Tironi. l. 16. 3. 3.*

*EO, cum QUIN.*

*Plaut. Trinum. 6. 59. Neneo dico, quin qua tu vidi ego velim & faciam lubens. Plaut. Asin. 15. 16.*

*EO cum QUIA, & cum QUOD, idem significat, quod Proprierea quia,*

*Cic. 5. de Fin. 38. Terent. Heaut. 3. 2. 43.*

*EXTRINSECUS adverb.*

*idem est, quod externe, vel ab extra.*

*Cic. 3. de Nat. Deor. 38. Id. 1. de Orat. 92.*

**NOTA.** Nonnullis placet *Extrinsicus* & *intrinsicus* pro adjectivo, & *Extrinsicè* pro adverbio usurpare, sed sine Veterum exemplo: Barbara enim sunt & è scholasticorum lacunis hausta. Vid. Cellarius in *de Barbarismis* &c. Cur Post. & Antibarbar. Legatur etiam Vossius in *de Vitiis sermonis* lib. 1. c. 18.

F.

**FACILE** adv. i. e. *Sine labore.*

*Cic. 2. de Fin. 186. Ter. Heaut. 3. 2. 36.* Interdum etiam idem est, quod sine dubio, seu controversa, jungiturque plerumque cum superlativo. *Cic. Illius Civitatis facile Princeps* Id. pro *Rab. P. 14. Vtrum unum totius Græciæ facile doctissimum Platonem.*

**FERE & FERME** pro **PENE**

interdum minuendi vim habent.

*Cic. Attic. l. 7. 135. 3. Hora fere nona. Liv. Decad. 3. l. 1. Quod ferme sit, ut secunda res negligentiam creent.*

Aliquando etiam **FERE** vim addendi habere videtur. *Cic. l. 3. de Nat. Deor. Hac fere habui dicere &c.*

**FERE & FERME** pro **PLERVMQVE**.

*Terent. Phorm. 2. 3. 16. Fere ruri se continere* *Cic. 5. Tusc. 156.*

Plura de adverb. **FERME** legi possunt ap. Vallam *Eleg. l. 2. c. 49.*

**FORTE** adv.

**FORTE, FORTASSE, FORTASSIS & FORSITAN** differunt. **FORTE** utimur, ubi factum quid indicatur, sed foruito, casu. *Terent. And. 1. 1. 53. FORTASSE, FORTASSIS & FORSITAN* vero usurpantur, ubi incertum est, factane res sit, necne, & dubitationem continent.!

*Cic.*



*Cic. Attic. 6. 117. 3. Terent. Andr. act. 1. sc. 1. Bona forsasse. vid. Linacerrin de Emend. Struct. Lat. Serin. l. 1. p. 84.*

**SI FORTE, NISI FORTE, NE FORTE.**

**FORTE** sœpius adsciscit **SI, NISI, NE**, quæ particulae vero antecedere debent **FORTE**. *Cic. Ferr. 1. Cic. Quinct. Fr. l. 1. 2. 5. Id. pro Flacc. 15. Forsasse autem fortassis & forsitan cum his particulis non junguntur, & vitiosa censentur, nisi quando multa verba interponuntur*

**FORSITAN & FORTASSE.**

Interdum anteoccupationi seruiunt.

*Cic. pro Rosc. Amer. Forsitan quaratis, qui iste terror sit*

**H. HACTENVS.**

**HACTENVS**, ex **HAC** & **TENVS** confictum significat **HV VSQVE, VSQVE** ad hunc locum, s. terminum, *Vs g 6 En. & plerumque ponitur per translationem usq; ad hunc locum Orationis vel carminis* *Cic. de Amicit. 50. 24. Hactenus mihi videor de amicitia, quod sentirem, potuisse dicere, Id. 13. Attic. ep. 21.*

**NOTA.** Adverb. **HACTENVS** de tempore ap. multos sœpius legere est, è quibus jam unicum excerpte exemplum nobis sufficiat, *Taciti* nempe *Agric. 2. c. 10. Dissecta est Æ Thule, quam hactenus nix Æ hiems abdebat.* Sed, si *Ciceronem* consulas, non *Latina*ssime dicitur. Antiquiores enim, præsertim *Cicero*, quibus loci adverbium est, ut idem sit, quod ad hunc usque locum, maxime in libro & scriptura: de tempore usurpant. *Adhuc pro Hactenus.*

**HACTENVS** cum **VI.**

Quæries adverb. **HACTENUS** sequitur **VI**, notat **EATENVS, IN TANTVM**. *Cic. l. 2. de Orat. 100. 27. vid. Cellar. in appendice miscel. Cur. Post. & Antib.*

**HA-**

**HACTENVS** cum **QVOAD**, **QVOD**,  
nonnunquam jungitur.

Cic. l. 4. ep. 3. Id. l. 1. de Nat. Deor.

**HAUD** adv. negandi signif. **NON**.

Si vero jungitur cum *quaquam*, aut *sane*, vehementius negat. Cic. pro Cluent. 132. *Haud haeres est Cluentius.*

Cum *ququam*, Liv. Decad. 3. l. 2. *Haud quaquam Dux defuit.*

Cum *sane*. Cic. de Senect. 4. Ter. Adolph. 5. 2. 8.

**HAUD SCIO AN**, pro **FORTASSE**.

Eo utendum, quum veresunde aliquid, quod dubium esse potest, adfirmare volumus. Cic. de Amicit. 19. Terent. Heaut. 4. 4. 25.

**HAUD PAULO** pro **MULTO** usurpatur.

Cic. de Orat. *Ne ille quidem haud paulo melior scriptor Plato.*

**HIC**. adverb. loci.

Sæpe significat, cum *res eo loci sit*, cum *ita se res habeat*, servitque conclusionibus. Cic. 4. Verr. *Hic vos dubitatis, iudices, tantam istius audaciam se vindicare.*

**HIC**, cum **ETIAM**.

Interdum indignationem notat.

Cic. Fam. l. 5. *Hic tu etiam ea me abesse urbe miraris?*

**HIC**, **HIC JAM**, pro **NUNC**.

Cic. pro Sest. *Hic jam de ipso accusatore quaro.*

**HIC**, **HIC TVM**, pro **TVNC**.

Cic. Verr. 6. *Hic ego postulare cepi.* Id. 5. Verr. *Hic tum alium ex alia parte &c.*

**HINC**.

**HINC** adverb. de loco Terent. Adolph. 4. 4. 9. Nonnunquam per translationem ad alias res accommodatur & *Originem* & *causam* denotat. Terent. Andr.



*Andr. 1. 1. 99. Cic. pro Flac. 43. Hinc totum odium, hinc omnis offensio.*

**HINC** cum **ILLINC** ponitur, pro **HINC INDE**.

*Cic. de Univerf. 62. Terent. Adelph. 4. 5. 39. Plaut. Mostel. 8. 39.*

Obferv. **HINC, INDE** nunquam leges ap. bonos Latinitatis auctores.

**HUC** adv. ad locum.

*Terent. Hecyr. 1. 2. 100. Idem Eunuch. 1. 2. 19. Sed interdum per metaphoram ufurpatur, Cic. 2. Catilin. 27. Rem huc deduxi, ut.*

**HUC & ILLUC.**

Hin und her / hin und wieder. Incertum iter ostendunt,

*Cic. Attic. 1. 9. 180. 7. Horat. 4. Carm. Ode. 1. 2. Huc & illuc curfare.*

**HUCCINE, UT.**

Quod si adv. **HUCCINE** fequitur **UT**, denotat indignationem. *Cic. 7. Verr. 127. Huccine omnia reciderunt, ut civis Romanus in foro caderetur; Ift es datus zu kommen. &c.*

I.

**JAM** adverb.

**JAM** interdum est adverb. properantis & fe aliquid protinus facturum indicantis. *Terent. Adelph. 2. 2. 1. Tace, egomet conveniam jam ipfum.*

**JAM, CUM.**

**JAM**, quando tempus declarat, jungitur cum **CUM** *Liv. Decad. 4. 1. 8. Jam nox advenbat, cum praelio excedunt Thraces, &c. Plaut. Merc. 9. 35.*

**JAM, JAM** interpositis quibusdam dictionibus, iteratum, pro **MODO**,

*Horat. 2. Serm. Sas. 7.*

Jam

Jam vino querens, jam somno fallere noctem.

JAM JAM & JAM JAMQUE usurpantur pro repente, mox, celerrime, Plaut. Cu. c. 15. 29. ad Cass. l. 12. 10. 9.

JAM, eum tempori praterito jungitur, saepe adsciscit praepositionem A vel AB.

Cic. Lentulo. l. 1. 9. 94 Idem Calo l. 2. 14. 9. Jam ab illo tempore quum venisti in Italiam.

JAM, & JAM VERO,

Saepe seruiunt transitioni, cum primis ab initio periodi.

Cic. pro Milone: Jam illud dicit, profecto quod sua sponte fecit. Id. l. 2. d. Orat.

JAM NVNC, pro JAM EX HOC TEMPORE.

JAM NVNC, quod & NVNC JAM dicitur, indicat certum tempus, praesens, pulereque pro JAM ex hoc tempore, seu, pro eo quod Barbari dicunt, Ex nunc, dicitur. Cic. 1. Verr. 23. Quaquum cogito, jam nunc times. Liv. Decad. 4. l. 4. Cic. 6. Verr. 4.

JAM TVM pro JAM EX EO TEMPORE.

Cic. l. 2. de Orat. jam tum ex me audiebas. Interdum etiam JAM TVM adsciscit CVM. Terent. Eunuch. jam tum, quam primum jussu, me ad se accerser.

JAMDIU significat PER LONGVM TEMPVS.

Plaut. Mil. 4. 17. Ego jamdiu ap. hunc seruuiem Servio. jungitur vero JAMDIU tam praesenti, cum nempe actio adhuc durat, Cic. 5. Verr. Jamdiu flagitabat. quae praeterito tempori, quum tempus longum indicatur, Cic. l. 2. ep. 13.

NOTA. Quoniam JAMDIU nunquam jungi solet cum EST, QVOD. Hinc V. G. Translativus haec verba; Er ist vor längst komm. n / Latinissime dicit, Jamdiu venit: male jamdiu est, quod venit.

IAM-



## JAMDUDUM &amp; JAMPRIDEM.

JAMDUDUM & JAMPRIDEM longius temporis spatium significant, quam DUDUM, PRIDEM, præsensque magis volunt; sed ubi manente adhuc actio, non cessasse intelligitur. Terent. Eunnuch. 4. sc. 7. *jamdudum animus est in patris.* Nonnunquam vero etiam Præteritum admittunt, ut Plaut. Menach. act. 2. sc. 3. *jamdudum mulier sibi non imprudens adversabar.* Terent. Hecyr. 2. 1. 22.

JAM INDE A. vel AB, signif. INDE USQUE A, vel AB.

Cic. pro Flac. 42. Id. 14. Psilip. 395. Terent. Adelph. 1. 1. 16. Plaut. Bacch. 24. 1. *Jam inde ab adolescentia.*

JAM OLIM, i. e. JAM A LONGO TEMPORE.

Cic. *jam olim principio illud statueram.* Quintil. 1. 8.

JAM TANDEM. i. e. NUNC TANDEM.

Virg. 6. Aeneid. 13. Cic. Terent. 1. 14. 23. 1.

TAM USQUE A, vel AB, i. e. JAM INDE.

Cic. 1. de Divinat. 1. *Verus est opinio jam usque ab Heroicis ducta temporibus.*

IDENTIDEM.

IDENTIDEM i. e. frequenter, aut cum quodam intervallo, ut ostendit Valla l. 2. in Barpt. Factum. Cic. 2. de Fin. 1. 9. *Identidem dicere.* Plaut. Aulic. 20. 54.

ILLICO.

ILLICO adverb. quasi IN LOCO, ut ait Festus, vel, ut Ennius inquit, IN EO LOCO, ponitur pro Continuo, confestim, statim, brevisatemque temporis notat. Donatus. Terent. Adelph. 4. 4. 9. Cic. Attic. 1. 2. 27. 2.

INDE.

Adverbium de loco.

INDE

**INDE**, quamvis adverb. sit significans de loco, non tamen tantum ad locum, sed etiam ad res & personas refertur.

**INDE** ad locum, Terent. Andr. 2. 2. 31. Etiam puorum inde abiens conveni Chrem. 5.

Ad res, Plaut. Amphit. 4. 275. Cadus erat vini, inde implevi cirneam.

Ad personas refertur. Terent. Adelp. 1. 1. 21. — Uxorem duxit: nati filii duo. Inde ego hunc majorem adoptavi: mihi.

NB. Refertur etiam adv. Inde ad tempus Liv. 4. ab Urb. 157. confer jam inde.

**INDE** pro **DEINDE**.

Liv. 1. ab Urb. 19. Cic. pro Muran. 28. Quid tum inde?

**INDIDEM**.

**INDIDEM** adverb. de loco compos. ex **INDE** & **IDEM**, significat Ex eadem parte, sive Ex eodem loco Eben von dem Ort. Eben daber. Cic. 1. de Divin. 214. Indidemque eadem que oriuntur de integro atque eodem occidunt.

**INIBI**. adv. signif. **IN EODEM LOCO**, Eben daselbst.

Cic. 14. Philipp. 188. Quod sperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi esse, aut jam esse confectum.

**INTEREA** idem significat, quod **INTERIM**, & interdum absolute, frequentius tamen cum **DUM** ponitur.

Absolute. Cic. 4. Verr. 25. Interea dies advenit, quo die, sese &c.

Cum **DUM** quod interdum antecedit. Terent. Eunuch. 5. 2. 55. Id. Heaut. 4. 7. 5.

Observ. **INTEREA**, interdum pro **DUM**, adsciscit **QUOAD** secundo loco. Cas. 1. Bel. Civ. Interea quoad



quoad fides data esset; Casarem facturum, qua pollice-  
ressur.

**INTERIM**, idem quod **INTEREA**, & fere ab-  
solute ponitur, jungiturque interdum, quod  
tamen rarum est, cum **DUM**.

**INTERIM** absolute. Cic. Attic. l. 7. *Interim velim  
mihi ignoscas quod ad te scribo tam multa rotes.*

Cum **DUM**. Liv. Decad. 4. l. 5. *Interim dum novis  
Magistratus sortirentur &c.*

**ITA**. Adverb.

**ITA** absolute positum similitudinis, non adfirma-  
tionis adverbium est. Barbare ergo ponitur pro **IA**.  
At sequente est adfirmat in responsione, *ita est ia/  
dem ista also.* vid. Vossius in de Vir. ferm. l. 1. c. 35.  
mox ab intio, & Cellarius in Cur. Post. c. 10. ut & in  
de Notlon. Pereg. c. 3. Antibarb.

**ITA**.

Nonnunquam usurpatur in iurejurando.

Cic. 7. Verr. 30. Terens. Eunuch. 3. 2. 21. *Id. Eud  
nuch 4. 1. 1. Ita me DI amabunt, ut nunc Menedem  
vicem miseres me.*

**ITA** pro **ADEO**, seu **VALDE**.

Terens. Hecyr. *Currere non queo, ita defessus  
sum.*

**ITA** pro **ITAQUE**, s. **ATQUE ITA**.

Cic. 1. de Nat. Deor. 152. *Virtus autem altuosa est,  
ES Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita  
ne beatus quidem est.*

**ITA** cum **UT**, cum **UT SI**, pro **ADEO UT**,  
**ADEO UT SI**.

Cic. Verr. 4. *Semper ita vivamus, ut rationem red-  
dendam nobis arbitremur.* Cic. Attic. l. 2. ep. 42.

E e

ITA

**ITA** cum **NE**, cum **UT NE UT NON**.

Liv. Decad. 3. l. 6. Cic. Attic. l. 12. Id. l. 16. ep. 9. Id. l. 2. Offic. Nec ista claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit.

**ITA**, cum **QUASI**.

Cic. pro Quinct. 7. Quam in re ista diligens erat, quasi si, qui magna fide societatem gererent. Id. l. 7. ep. 4.

**ITA**, cum **TANQUAM**.

Cic. Fam. l. 10. Id. Verr. 6. Neque enim ita se gessit in rebus tanquam rationem aliquando esses redditurus.

**ITA** cum **QUOMODUM**, cum **QUOMODO**.

Cic. 3. Verr. 71. Quasturum ita gessit, quemadmodum cognovistis.

Cic. ad Heren. l. 4. Quum ita objurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt objurgari.

**ITA**, **SI**.

**ITA**, **SI**, idem significat, quod *Hac conditione si*. Cic. l. 5. ep. 20.

**ITANE**, **ITANE VERO**.

**ITANE**, & **ITANE VERO**, particulae sunt sciscitantis, instantis & stomachantis.

Sciscitantis. Terent. Eunuch. 5. 9. 28. Cic. pro Rosc. Amer. 60.

Instantis. Cic. 2. de Divinat. *Itane censes?*

Stomachantis. Cic. 2. de Nat. Deor. 16. *Itane vero? ego injustus, qui & consul rogari & augur, & auspicator?*

**ITAEQUE** variat significata pro diverso accentu.

**ITAEQUE** quum accentum habet in prima dictio unica est, licet composita, & rem designat unam, usurpaturque pro **ERGO**. Cic. de Amicit. 1. Id. 1. Academ. 7. Quum vero accentus conlocatur in secunda sive penultima, significat **ET ITA**, ut videre est ex illo Terent. And. 3. 3. 19. *Imo ita volo, itaque postulo, ut fiat,*  
& no-



& notat duas res; uti & duæ sunt voces. Vid. Voffius in de Vitiis Sermon. l. 2. c. 1. p. m. 172. & 3.

**ITEM** signif. **SIMILITER.**

Cic. in Brut. Romulus Augur cum fratre item Augure

**ITEM**, cum **ATQUE.**

Cic. Attic. l. 2. Quare, ut Numestio mandavi tecum ut ageres, item atque eo, si potest acius te rogo.

**ITEM**, cum **QUAM**, & **QUEMADMODUM.**  
rarius jungitur.

Cic. l. 14. ep. 12. Id. Verr. 4. Causa componitur, ut item Palestrita Bidenses peterent hereditatem, quemadmodum Syracusani potissimum.

**NON ITEM.**

**NON ITEM** in fine clausularum adhibetur, ad ostendendam diversitatem rerum. Cic. Attic. l. 2. O spectaculum unum crasso iucundum, ceteris non item.

**ITEM** cum **VI**, & **VII**,

quæ sæpius postponuntur, rarius præponuntur.

Cic. Verr. 6. Fecisti item, uti prædones solent. Plaut. Curcul. Item genus est Leonum, ut Musca.

**ITIDEM.**

**ITIDEM** adv. signif. similiter, eodem modo. Terent. Eun. 2. 2. 4. Cic. 2. de Leg. 13.

**ITIDEM**, cum **ET**, cum **UT**, & cum **QUASI**  
interdum jungitur.

**ITIDEM** cum **ET.** Cic. l. 2. de Leg. Quotianuno itidem, ab eodem fore & ceteris Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.

Cum **UT** & **QUASI.** Terent. Eunuuch. 1. 2. 13. Plaut. Mostel. 120. — Quasi in piscinam rete qui iactantur parat, &c. isidem est amator.

**ITERUM.**

**ITERUM** pro **VICISSIM** barbare dicitur, v. g. Itē-

rum alicui gratificari. Nam *ITERVM*, Latinis est *SECUNDO*, *RURSUS* &c. zum andernmahl. Cic. 1. de Invent. 86. Primo quidem decipi, incommodum est: iterum, stultum: tertio, turpe. Vellejus 2. c. 34. Vid. Cellarius in de Latin. Barb. c. 10. Cur. Post. & in Antib. c. 3. de Notlon. Peregr.

*ITERVM ET*, vel *AC SÆPIVS*.

Cic. pro Leg. Manil. 21. Testis est iterum & sapus Italia. Plin. l. 10. c. 12. 1.

*ITERVM ATQVE ITERVM*, & *ITERVMQVE ITERVMQVE*,

Virg. 8. *Aneid.* 103. Id. 3. *Aneid.* 87. apud Poetas frequentissimum.

*SEMEL ITERVM*, *SEMEL ATQVE ITERVM*.

Liv. 1. ab Urb. 78. Cic. pro Cluens. 37. Oras.

*ITERVM AC TERTIVM* s. *TERTIO*.

Cic. 2. de Divinas. Id. pro Rosc. Amer. Chryfogonum iterum ac tertio nominavi.

L.

*LONGE*, *LONGE LATEQVE*,

Adverb. de Longitudine tam temporis, quam loci & latitudine spaci dicuntur.

Terent. Eun. 3. 3. 13. Longe à mari, riu est. Cic. pro Leg. Manil. 22. Cic. 2. de Fin. 182. Longe, lateque diffusum. Plant. Rud. 7. 6. Longe hinc abest.

*LONGE* pro *MVLTO* s. *VALDE*.

*LONGE* pro *Multo* nonnunquam usurpatur: tuncque jungitur comparativis: nonnunquam etiam positur pro *valde* & tunc additur superlativis: aliquando nominibus, verbis & adverbis. Vid. Valla l. 1. Eleg: c. 18. & Linacer in de Emend. struct. Lat. Serm. l. 5. p. m. 329.

*LON-*



- **LONGE** pro **MULTO** cum comparativo. Virg. 9. *Aeneid.* 111. *At pedibus longe melior Lycus.* Cic. 3. *de Orat.* Nam est longe aliter in versibus.

Pro **VALDE** cum superlativo Cic. 1. *de Orat.* 25. *Horat.* 1. *Serm. Sat.* 5. 1. *Longè doctissimus.*

**LONGE** nominibus junctum, Cic. 4. *Verr.* 37. *Longe primus civitatis est Epicrates i. e. excellentior, sic: Longe princeps. i. e. excellentior ceteris &c.*

Verbis jungitur **LONGE**, quæ superlationem quandam important. Cic. 6. *Verr.* 105. *Longe antecellere caeris.* Plaut. *Bacchid.* 12. 3. *Longe antevire.* Quintil. 1. 10. c. 1.

*Adverbis Liv.* 2. *ab Urb.* 200. *Id.* 2. *Bell. Pün.* 204. *Longe aliter evenit.* Cic. *de Amicis.* 24. *Longe secus.*

**LONGE MULTUMQUE.**

Cic. 5. *de Fin.* 72. *Longe multumque præstat aut superas.*

M.

**MAGIS.**

**MAGIS**, inquit Siphontinus, adverbium est, & significat **PLUS**, Verum non temere **MAGIS** pro **PLUS** usurpandum est: **MAGIS** enim plerumque comparationi servit, & idem est quod **POTIUS**. **PLUS** vero non raro magnitudinem denotat, e. gr. *Plus eloquentia.*

**MAGIS** usurpatur nonnunquam absolute, sed tum fere subauditur **QUAM**; aliquando etiam cum **QUAM** ponitur.

Absolute Terent. *Adelph.* 4. 3. Cic. *pro Rosc. Amer.* 22. *Annos natus magis quadraginta.*

*Magis cum QUAM* Cic. *de Amicit.* 13. *Vereor ne invidi magis quam amici sint.*

**MAGIS, AC MAGIS, MAGIS MAGISQUE.**

Plaut. *Mossel.* 9. 10. *Quo magis ac magis ego cogito &c.*

E t 3

Cic.

Cic. Attic. l. 14. 316. 4. Cic. ad Tiron. l. 16. 21. 4. Enitar  
us in dies magis magisq; has nascens de me duplicetur  
opinio. **MAGIS, SI.**

Terent. Heaut. s. 1. 16. Magis. si magis noris, putes ita  
rem esse.

**MAGE** pro **MAGIS** interdum usurpatur.

Plaut. Trucul. 18. 32. *Quem ecastor mage amo,  
quam dudum.* Lucret. l. 4. 65. *Mage pollens aer.*

**MAGIS** interdum cum **MINUS** comparatur.

Cic. l. 3 de Fin. *Cum sit verbum, quod idem declares  
magis, minusve usitatum.*

### **MAXIME.**

**MAXIME** aliquando est responsio concedentis,  
vel aduentis, & significat **SANE**, vel **CERTE**. Te-  
rent. Eum. 1. 2. 109. *Fac illi adducantur. P. Maxime.*

**MAXIME** nonnunquam iteratur.

Cic. 1. Offic. *In maxime quemque deest, quod est cri-  
juique suum maxime.*

**QVAM MAXIME** augendi vim habet.

Liv. decad. 1. l. 1. *Annibal Gallis parci quam maxime  
me jubet.*

**QVAM QVI MAXIME** refertur ad personam.

Cic. Fam. 1. 5. *Tam enim sumus amicus Reip. quam qui  
maxime Co.*

**VEL MAXIME** idem ferme significat, quod

**QVAM MAXIME.**

Cic. in Part. t. 62. *Quae quidem vel maxime suspi-  
cionem movent.*

**VT CVM MAXIME** ad tempus refertur.

Terent. Hecyr. *Pamphilus amabat, ut cum maxime.*

**VT QVISQVE MAXIME, ITA POTISSIMUM.**

Cic. 1. Offic. *Uiquaque maxime opis indiget, isaai  
potissimum optulari.*



**MAGNO PERE** significat, **MULTUM, VALDE, VENE MENTER.**

*Lacres. l. 2. 36.*

— sed in omnibus rebus

*Magnopere à vera lapsyratone videntur.*

*Terent. Heaut. 4. 1. 13. Nonnunquam etiam MAGNO OPERE* separatim legitur *Cicer. Fam. 1. 13.*

*Magnoque opere à se peto. Plaut. Casin. 9. 6.*

**MALE.**

**MALE ACCIPERE ALIQUEM**, subaudi **VERBIS** vel factis, idem est, quod *injuria adficere aliquem, Einen schelten/hart straffen.*

*Cic. l. 2. 13. 3. Male accepit inopid omnium rerum. Id. 3. Verr. Male accepit verbum Rabonium.*

**MALE AUDIRE** est, ut inquit Valls, *infamari, crimina nostra audientes. Reinen guten Nahmen haben / man redet ihm nicht viel gutes nach. Contrarius ejus est. MALE DICO : Cui maledicunt, male audis.*

*Terent. Phorm. 2. 3. 12. Si heram insimulabis avaritia, male audis.*

**MALE CADERE** est, *Male succedere s. accidere al cui quod non sperabas. MALE MULTARI* idem, quod *malè tractari, affici & puniri.*

Plura exempla, quosiam institui non est nostri, in his recensendis nos ut dicemus, B. L. à Lexicographis petere potest.

**MALE SIT, MALE VERTAT, i. e.**

*Di male faciant, male illi vertat fortuna.*

*Cic. Attic. 15. 328. 4. Male sis Antonio : Siquidem Buthrois molestus est. Catul. de Passer. epig. 3. 3. Terent. Adolph. 2. 1. 36.*

**MINUS** apud Poetas sæpius cum *AC*, *ATQUE*,  
apud Oratores vero cum *QUAM* junctum le-  
gitur.

Cum *AC*. Virg. 3. *Aneid.* 113. *Haud minus ac jussi  
faciunt.*

Cum *ATQUE*. Virg. 12. *Aneid.*

*fam minus atque minus successu latus equorum  
Turnus &c.*

Cum *QUAM*. Terent. *Eun.* 4. 6. 22. *Minus po-  
rens, quam in Plaut. Epid.* 9. 44.

**MINVS**, pro **NON**. **MINVS**, pro **PARVM**.

Cic. de *Amicis*. 83. *Que tamen ipsa efflorescit ex ami-  
citiis, etiamsi tu eam minus secutus sis. Liv. Decad.* 3. l. 8.  
*Minus aequis animis auditus est Scipio.*

**MINUS** nonnunquam **Nominativo**, **Accusati-  
vo** & **Ablativo** junctum ap. probatos auctores le-  
gitur.

**MINUS** cum **Nominativo**. Liv. de *Bell. Punic.*  
*Minus duo milia hominum effugerunt.*

Cum **Accusativo**. Virrov. *Abveii autem latitudo in-  
ter parietem & puteum non minus sui pedes senos.*

Cum **Ablativo**. Cic. pro *Flacc.* 53. Virrov. 7. 3. *Cum  
non minus tribus coriis fuerit deformatum.*

#### **MINIME**.

**MINIME** adverb. negandi, interdum est prohi-  
bendi particula. Plaut. *Mosel.* 4. 3. *Minime feceris,  
pro Ne feceris.*

#### **MINIME GENTIVM.**

Hac locutione utebantur Veteres, inquit Festus, ad  
innuendum: Omnium gentium judicio minime esse  
faciendum. Terent. *Eunuch.* 4. 1. 2.

NB. **MINIME** quamvis plus est, quam **MI-  
NUS**, tamen si vis ejus propria spectetur, non pe-  
nitit



nicus negat, sed significat Germ. **Gar wenig / am allerwenigsten.** Cic. ad Memmium l. 13. r. 14. Homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus.

**MINIMUM** saepe pro eo, quod inliterati dicunt;

**AD MINVS** usurpatur.

Varro de Re Rust. l. 1. c. 5. 2. De his quatuor generibus singula minimum in duas dividuntur species.

**MINIMUM** interdum comparatur cum **PLURIMUM.**

Cic. in Orat. Hoc in genere nervorum est vel minimum, suavitatis autem vel plurimum.

**MIRE.**

**MIRE**, pro **MIRABILITER**, **MIRVM IN MODVM**, rarius apud auctores Classicos legitur. Terent. Heaut. 5. 1. 25. Sed ille suus quoque Syrus idem mire fixis filium. Frequentissimum est **MIRIFICE.** Cic. Acad. 48. Quas mirifice Plato eras amplexatus. Catul. de Ario, epig. 79. 1.

**MIRVM.**

**MIRVM**, Quoniam ad nomen magis accedere videtur, ad adverbia non adponimus, hoc tamen monentes, saepe adsumere. **NI, SI, QUAM, QUANTUM, UNDE.**

**MIRUM.** Cum **NI.** Terent. Andr. 3. 4. 19. Age igitur, ubi nunc est ipse? D. Mirum ni domi est.

Cum **SI.** Terent. Andr. 4. 1. 27. Quid istuc tam mirum est, fide te exemplum capis?

Cum **QUAM.** Cic. Assic. l. 13. Mirum quam inimicus ibas, ut ego objurgarem.

Cum **QUANTUM.** Liv. l. 1. Mirum quantum illi viro nunciandi fides fuerit.

Cum **UNDE.** Cic. pro Rab. Perduel. Itaq; mihi mirum videretur, unde hanc in Labine, imaginem, quam habes, inveneras.

## MODO.

**MODO** tam refertur ad tempus præsens, & præteritum, quam ad nondum præteritum vel statim futurum: ut, *Modo hęc sunt; modo non, modo hęc erant, modo proficiētur.*

**MODO, pro NUNC.**

*Quintil. in præc. l. 1. Nunc autem, quæ velut propria philosophiæ adferuntur, passim tractamus omnes. Quis enim modo de iusto, æquo, ac bono, non & vir pessimus loquitur? Interdum etiam iteratur **MODO**, & significat **NUNC**, vel **ALIAS** iteratum; ut, **MODO HUC, MODO ILLUC.***

**MODO UT, & sine UT, pro DUMMODO, vel TANTUMMODO.**

*Cic. 6 Verr. Concedo ut impune emeris, modo ne bona ratione emeris. Terent. Pænorm. 1. 2. 9. Idem Eun. 2. 3. 16.*

**MODO NE. i. e., DUMMODO NON.**

*Cic. de Amicit. 54. In quibus eorum aut caput ageretur, aut fama, declinandum est de via, modo ne summa turpitudine sequatur.*

**SI MODO** interdum idem est, quod **SI TAMEN.**

*Cic. Attic. l. 1. ep. 5. Si Pompejus modo ostenderit sibi placere.*

**MOX.**

**MOX** nonnunquam significat **STATIM**, *Tibull. l. 1. Eleg. 5. 15. Terent. Eun. 2. 1. 13. Interdum etiam **PAULLO POST**. Horat. 2. ep. 2. 33. Quum segetes occat, tibi mox frumenta daturus. Differunt vero hic, **MODO, MOX, & NUNC**; **MODO** dicitur de tempore, quod paullo post sequitur. **MOX** est, ut supra diximus, **PAULLO POST**. **NUNC** vero de tempore præsentis dicitur.*

**MOX**



*MOX* cum præposito *QUAM*, significat *QUANTO POST, QUAM CITO*.

*Terent. Phorm. 1. 3. 9. Dum expecto, quam mox veniat, qui hanc mihi adimat consuetudinem.*

N.

*NÆ.*

*NÆ*, ex Græco *ναί*, adverbium adfirmandi, ponitur pro *CERTE, VERO, PROFECTO*, & fere semper pronomini præponitur. Nonnunquam etiam pronomen omittitur, ut legere est apud Plautum, Terentium, aliosve ejus notæ auctores.

*NÆ* pro *CERTE* præpositum pronomini. *Cic. 6. Verr. 73. Ne ista præclara nobilitas desinat qua populum Rom. hominibus novæ Sc. Cito. Curio l. 7. 31.*

Pronomen omissum. *Horat. 2. Serm. Sat. 3. 20.*

*Clarus erit, fortis, justus, sapiens, næstiam Rex.*

*Terent. Andr. 2. 1. 26.*

*NE*, adv. prohibentis.

*NE* adverbium prohibentis semper dum longum est, jungitur secundis personis non solum subjunctivorum; ut, *ne faciās, ne dixeris*. (Si vero postpositum, & brevius, alla vox erit non eadem; ut, *dubitasne? credunne?*) Sed etiam imperativorum,

*NE* cum subjunctivo. *Terent. Andr. 1. 5. 50. Te obtestor, ne abs te hanc segreres.*

Cum imperativo. *Liv. l. 3. decad. 1. Crastino die oriente sole in asiem redite, erit pugnandi copia, ne timeatis.* *Terent. Andr. 2. 3. 10.*

Vid. Sanctii Minerva in devot. Homon. l. 4. p. m. 60. Linacæ in de emend. Struct. Lat. Serm. l. 5. p. m. 322.

NOTA. Cicero libentius utitur *NOLI & CAVE*  
Cic.

*Cic. Brut.* Noli putare quemquam, Brute, pleniorē, & uberiorē ad dicendum fuisse idem l. 10. ep. 2.

**NE VIVAM**, jurantis.

*Cic. G. llo* l. 7. ep. 24. Sed ne vivam, si tibi concedo. *Terent. Phorm. Act.* 1. sc. 3.

**NE supplicantis, aut de testantis.**

*Curr. l.* 10. Ne Di foveant, inquit, ut Alexandri fortuna, tantę regni fastigium in istos humeros ruat: homines certe non ferent. **NE**, post **UT**.

*Terent. Phorm.* 13. 16. *Cic. Brut.* l. 13. 12. 1. Ut ne quid meorum tibi esset ignotum, animadverti te operam dare.

**NE**, cum **NECNE**, **NE**, cum **NEVE** vel **NEU**.

*Plaut. Capt.* 12. 55. Emitteresne, necne eum feram manu? *Cic. ad Quintil.* Fr. Rogo te, ne demittas animum, neve te obrui, tanquam fluctibus, sinas. *Terent. And.* 1. 5. 56.

**NEV NEV**, geminatum, & **NEVE NEVE**.

**NEV, NEV, & NEVE NEVE** conduplicata & elegantem vim habent. *Cas.* 1. B. C. 280. Neve se, neve Pompejum absentem Imperatorem suum adversarius ad supplicium tradant, obsecrat. *Liv.* l. 5. B. l. Pun. 210. *Cic. Lentul.* l. 1. 9. 70. Peto à te ut id à me, neve in hoc reo, neve in aliis requiras. *Id.* 2. de Leg. 105.

**NE DICAM.**

**NE DICAM**, si sequitur substantivum, adjectivum ponitur in accusativo: sin interjicitur inter substantivum & adjectivum, relinquit utrumque in nominativo. *Homo imprudens, ne dicam stultum*: non stultus; quia homo substantivum præcedit, & subauditur heic eum. *Crudelis, ne dicam impius & sceleratus castor*: non sceleratum impium castorem: substantivum *Castor* e. sequitur. In aliis casibus, quia semper oportet convenire adjectivum & substantivum, hæc di-



veritas non accidit, ut: *An sperasset hoc viro Milone, ne dicam consule?* vel sic, *An sperasset hoc viro, ne dicam consule Milone.* vid. Valla Eleg. l. 3. c. 20. Linacer loc. cit. p. m. 422.

**NE DICAM** interim est correctio, antequam dicatur: vel, Veteres hac locutione uti solebant, quum id maxime efferebant, quod reticere simulabant, hätt schier gesagt. *Liv. Decad. 4. l. 9. Cic. 1. de Nat. Deor. 81. Cic. Attic. l. 9. 173. 4.*

### NEDUM.

**NEDUM** plerumque subjicitur antecedenti negationi, & servit parti deterlori. *Liv. Decad. 3. l. 6. Cic. pro Cluent. Optimis temporibus non potuerunt &c. nedum (i. e. multo minus) hu temporibus. Sie haben es zu den guten Zeiten nicht gekönt &c. ich geschweige zu diesen Zeiten. Quod si igitur non antecedit negatio, subjici etiam non solet adverb. NEDUM; Nam cum affirmamus non modo aut non solum adhibetur. Cic. l. 12. ep. ult. Id. l. 4. ep. 14. NB. NEDUM raro usurpatur in principio, pro Non dicam, aut Non modo, Cic. Attic. l. 9. ep. 27. Vid. Valla Eleg. l. 2. c. 18. Linacer in de emend. Struct. Lat. Serm. l. 6. p. m. 400. & seq.*

### NE PLURA, NE MULTA, NE MULTIS.

*i. e. ut paucis dicam, ad summam, ut breviter conligam. Cic. 5. Verr. 51. Cic. pro Cluent. 143. Id. pro Cluent. 36. Ne multis; Diogenes emittur. Cis. Caj. Memmio l. 13. l. 12.*

### NE QUIDEM.

**NE QUIDEM** ponitur, pro **NEC QUIDEM**, cum negando aliquid augendum est; & ita ne cum quidem jungitur, ut semper verbum aliquod interponatur. *Cic. 6. Verr. 2. Cic. pro Rosc. Amer. 2. Ne istius quidem laudis sum cupidus. Id. de Amicit. 85.*

NE

NE QUIDEM, cum NEDVM, vel NON MODO.  
Cic. l. 9. ep. 26. Id. l. 14. ep. 19.

NEQUAQUAM & NEVTIQUAM.

Adverb. negandi, significant *minime, nullo modo.* &c.  
Cic. l. Verr. 57. Terent. Andr. 2. 1. 32.

NEMPE adverb. affirmantis, aliquando cum interrogazione ponitur & usurpatur pro NONNE, aliquando sine interrogazione, & significat (In principio nimirum) *Certe aut scilicet.*

NEMPE cum interrog. pro NONNE. Plautus.  
*Nempe ergo in somnis? Cic. 5. Tusc. Nempe negas ad beate vivendum satis esse virtutem?*

Sine interrog. & quidem in principio pro CERTE. Terent. Andr. 2. 3. 13. Cic. in Partis. 19. *Nempe ea sequuntur, quae ad faciendam fidem pertinent.* Cic. 5. Verr.

#### NEMPE.

Adverbium NEMPE, ut responsio, interrogationi subiectum, vim habet amplificandi, venustatemque orationi conciliat. Liv. decad. 4. l. 4. Cic. 10. Philip. 27 2. Id. pro Lig. *Accepta injuria querelam ad quem dedulisti? Nempe ad eum, cuius &c.*

NOTA. In enumeratione, & explicatione multorum rerum cave saepius utaris NEMPE, pro ID EST. Pulcrius enim, pro eo dicitur *Nimirum* aut *videlicet.* Cic. pro Rosc. Amer. 36.

NIMIRUM, adv. confirmantis, significans CERTE, SINE DUBIO, VIDELICET, SCILICET.

Terent. Eunuch. 2. 2. 37. Cic. 4. Acad. 201. *Itaque in cognitione nimirum adsentiar.* Cic. pro Rosc. Amer. 36. interdum etiam NIMIRUM ad responsionem adhibetur. Quintil. l. 12. c. 1. NIMIUM.

Saepe adverbium augendi est, idem signi-



significans, quod *NIMIS, ULTRA QUAM SATIS EST.*

Plaut. Epid. 13. 24. *Nimum aduenisti cito Cic. pro Cluent. 101. Ne autem nimum multi pœnam capitis subirent, ideo illa seruitio comparata est.*

*NIMUM, QUANTVM, idem est quod MIRVM QUANTVM, Uber die massen viel.*

Gelt. l. 17. *Lingua tamen & facundia nimum quantum prœstabilis. Cic. de Orat. Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo nimum quantum valent.*

*NIMIO PLUS.*

Cic. ad Attic. l. 10. 198. 1. *Sed, quia te nimio plus digito.*

*NON* adv. negandi, omnibus modis, præterquam imperativo, jungitur.

*NON*, pro *NONNE*.

Tirent. Phorm. 1. 2. 69. *Non si redisset pater, ei veniam daret?*

*NON NON*, geminatum.

Terent. Heaut. 5. 1. 21. Cic. 3. Verr. *Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus &c.*

*NON AT*,

Cic. Attic. l. 7. *Non est, inquit in parietibus Resp. at in arte & focis.*

*NON DICO*, vel *DICAM*, *SED*.

Cic. Attic. l. 16. ep. ult. Cic. l. 11. ep. 17. *Magna ejus in me non dico officia, sed merita.*

*NON* interdum adsciscit *ETIAM*.

Quintil. l. 9. c. 2. Cic. in Orat. extr. *Ut ea, qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumque prudentes.*

*NON MODO NON*, *SED NE QUIDEM* usurpari solet pro *TANTVM ABEST*.

Cic.

Cic. Attic. l. 10. ep. 4. Id. l. 10. ep. 10. Cujus rei non modo non praerit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc meo iudicio fuit.

**NON MODO**, pro **NON DICO**, interdum adsumit **SED NE QUIDEM**.

Cic. l. 12. ep. 2. Ego nullum locum omisso non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem.

**NON MODO**, cum **SED VIX**.

Cic. l. 4. ep. 1.

**NON MODO**, cum **SED ETIAM**.

Cic. de Amicit. 41. Eaque adhibetur admonendum, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulat.

**NON MODO**, cum **VERUM ETIAM**.

Cic. de Amicit. 10. Non modo praesentia, verum etiam futura bella delevisit.

**NON MODO**, pro **NON MODO NON**.

Nonnunquam **NON MODO** usurpatur pro **NON MODO NON**, observante Paulo Manucio l. 1. ep. Fam. epist. 9. Cic. l. 19. ep. 6. Regnum non modo Romano homini, sed ne Persae quidem tolerabile.

**NON MODO NON**, cum **SED ETIAM**,  
**VERUM ETIAM**.

Cic. Dolabel. l. 9. 14. 15. Id. Attic. l. 16. ep. 6.

**NOTA**. Observandum, ne temere altera negatio, quam requiritur, omittatur. Neque e. recte diceretur: Tu id non modo prohibebas, verum etiam adprobabas.

Cic. Attic. l. 16. ep. 6.

Vid. Sanctii Minerva cum not. Perizonii in de Elyphi libro 4. p. m. 520.

**NON MODO**, **NON SOLUM**, nonnunquam subjiciuntur, pro **NEDUM**, aut **NE DICAM**.  
will vielweniger geschweigen.

Cic. l. 1. ep. 9. Id. l. 4. ep. 14. Secundas etiam res, non modo



modo adversas pertimescebam : Idem l. 12. ep. ult. *Val-*  
*entius suos mihi expressit omnes, non solum animum, ac*  
*verba protulit.*

**NON QUIN**, pro **NON QUOD NON**.

*Cic. l. 16. ep. 24. Non quin considerem diligentia*  
*sua, sed rei me magnitudo movebar.*

**NON QUIN** cum **SED QUIA**, vel **SED QUOD**;

*Cic. Attic. l. 7. ep. ult. Id. l. 4. ep. 7.*

**NON QVO**, pro **NON QUOD** usurpatur sequen-

te **SED**, vel **SED TAMEN**, **SED QVOD**, vel

**QVIA**, **SED UT**, vel **VERUM QVIA**.

*Cic. Attic. l. 16. ep. 14. Non quo ea mihi sit quic-*  
*quam carius, aut esse debeat; sed desperatis &c. Cic.*  
*l. 6. ep. 4. Cic. l. 12. ep. 17. Id. Attic. l. 4. ep. 4.*

**NON QVOD**, **SED QVOD**, vel **SED QVIA**;

*Cic. de Orat. Non quod sola exornent: sed quod an-*  
*tecellant. Cic. Fam. l. 12. Memoriam nostram con-*  
*ferves, non quod de sua constantia dubisem, sed quia*  
*mos est ita rogandi, rogo.*

**NON SI**, **PROPTEREA**, vel **IDCIRCO**.

*Cic. l. 2. de Orat. Non si Opimum defendisti Carbo*  
*idcirco resti civem bonum vivabunt.*

**NON VERO**, malè dicitur.

**NON VERO**, pro **NON AUTEM** non ad-

probat Valla Eleg. l. 2. c. 24. & Scioppius adversus

Vossium n. 29. & quidem rectè. Classici enim habent

non autem: contra autem cum nec vel neque non

jungunt, sed dicunt nec vero, neque vero.

**NON** pro **NE**.

**NON**, pro **NE** jam Quintilianè ætate in usu esse

cœperat, Sed Barbarum dicitur ipsi: cujus illud l. 8. c. 5.

Cognata sunt **NE** ac **NON** adverbis: qui tamen dicunt

pro illo, **Ne** feceris, **NON FECERIS**, in idem incidat

vitium; quia alterum negandi est, alterum vetandi. Plurimâ possunt legi ap. Vossium in de vitis Serm. l. i. c. 35.

## NUM.

NUM adverbium interrogandi, & vel ab initio poni solet vel subijci. Terens. Andr. 5. 3. 6. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 12. Num furis? An Esc.

NUM interdum subijcitur, Cic. pro leg. Manil. Quare videte num dubitandum vobis sit. Nonnunquam etiam NUM adsumit NE, vel NAM, vehementius interrogandi gratia Cic. l. 1. de Nat. Deor. Deum ipsum numme vidisti? Terent. Andr. 3. 4. 12. Hem nummam perimus?

NUM sapius adjungitur pronomini QUIS, QUAE, QUOD, vel QUID.

Terent. Eun. 3. 5. 1. Nunguis hinc est?  
Cic. Attic. l. 13. 266. 1. Id. Attic. l. 5. 89. 3.

NUNQUIDNAM vehementius interrogandi causa adponitur.

Cic. 2. de Orat. 8. Id. l. 11. ep. 27. 3. Nunquidnam inquam novi?

NUNQUID PRÆTEREA, ad extremum urgentis est, & respondet ei NUNQUID EST ALIUD?

Cic. pro Quint. 24. Cic. pro Ros. Amer. 21. Nunquid est aliud? imo vero, inquit &c.

## NUNQUID VIS.

Sic solent interrogare discedentes: quemadmodum si dicant, nihilne me jubes facere in tuam gratiam? Terent. Eunuch. 5. 6. 24. Cic. ad Quint. Fr. l. 2. ep. 6.

## NUNC.

NUNC, adverb. temporis aliquando nullum tempus denotat, & pro SED accipitur. Cic. 1. de Divinat. 107. Quae quidem multo plura evenirent, si ad quietem



tem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus. Vid. Valla Eleg. l. 2. c. 51.

**NUNC pro MODO.**

Terens. Adolph. 5. 3. 19. Cic. in Brut. Adinuper & nunc videbam de eare.

**NUNC NUNC geminatum.**

Plaut. Rud. 4. 4. 80. Nunc nunc periculum est, eiecisti alteram.

**NUNC, cum CUM DUM aut QUANDO.**

**NUNC** cum **CUM**. Terens Heaut. Nunc me fortissimum esse puto, cum se intelligo resipuisse. &c.

Cum **DUM**, Plaut. Truc. Nunc, dum isti lubet, dum habet tempus.

Cum **QUANDO**, Cic. l. 13. ep. 56.

**NUNC cum TAM.**

Cic. 6. Verr. 4. Terens. Adolph. 2. 1. 21. 1. Nunc jam, **NUNQUAM** est notæ significationis adverbium;

Cic. 4. Verr. 38. Nunquam vos pratorems tam palæstricum vidistis.

**NUNQUAM cum DUM.**

Terens. Adolph. Nunquam, dum ego adero, hic se tanget.

**NUNQUAM cum NISI.**

Cic. 4. Acad. 125. Nunquam à Philone discessit, nisi posteaquam ipse cepit qui se audirent habere.

**NUNQUAM cum QUIN.**

Plaut. Amph. Nunquã abis quin vapules. Cic. l. 2. ep. 10.

**NVSQVAM. i. e. NULLO IN LOCO.**

Cic. 4. Acad. 185. Terens. Eun. 4. 3. 18. Ille autem bonus vir nunquam adparet.

**NOTA.** Adverb. **NVSQVAM**, **VSQVAM**, & **VSPIAM**, pulcre usurpantur pro **NVLLIBI**, **VLLIBI**, quæ nullius auctoritatis sunt.

**NUSQUAM NISI**, vel **QUAM**.

Cic. ad Brut. ep. 14. Liv. decad. 3. l. 10. Nusquam mihi  
 nusquam in bello eventui respondens.

O.

**OLIM** adverb. temporis.

**OLIM** significat, **QUONDAM** Cic. 2. de Orat. 98.  
 Loquebantur olim sic. Interdum usurpatur pro aliquan-  
 do s. quandoque. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 6. — Ut pueris  
 olim dant crustula blandi Doctores. Aliquando etiam  
**OLIM** de futuro dicitur Virg. 1. Aeneid. 59.

Hunc tu olim caelo spoliis orientis onustum Accipies.  
 Vid. Valla Eleg. l. 2. c. 35.

**OLIM CUM**.

Cic. Amic. l. 12. Virg. 2. Georg. 81.

Ac olim seras posuit quum vinea frondes.

**OLIM**, **NUNC** : **OLIM**, **TUNC**.

Cic. Fam. l. 12. Eum honorem à me olim neglectum,  
 nunc expetendum puto. Terent. Phorm. Olim cum honeste  
 potuis, tum non est data: nunc viduam exirudi turpe est.

**OMNINO**.

**OMNINO** adverb. saepe idem est, quod **PROR-**  
**SUS**, quasi omni ex parte Cic. de Amicis. 80. Cic. 1. Tusc.  
 1. Terent. Heecyr. Omnino abhorere video huic animura  
 à nuptiis.

**OMNINO** saepe ad numerum refertur.

Cic. pro Cluent. 61. Quinque omnino fuerant, qui illi  
 lum absolverunt.

**OMNINO** cum **AVT** aliquando jungitur.

Cic. pro Corn. Balbo 34. Omnino aut certo facilius la-  
 bore alicujus & studio quadam consequi.

**OMNINO**, **AVT MAGNA EX PARTE**.

Cic. 1. Tusc. 1. Omnino aut magna ex parte liberatus.

**OMNINO NEQUAQVAM**.

Cic.



Cic. de Amicit. 61. Omnino nequaquam par.

**OMNINO** interdum jungitur cum **OMNIS** & gravem æque, ac brevem amplificationem continet.

Cic. 1. de Invent. 99. Hoc genus & cetera necessaria, & omnino omnia argumentatio, & ejus reprehensio. Cic. de Amicit. 67.

**OMNINO** sæpius ponitur pro **VILLO MODO**, in negando.

Cic. pro Cluent. 134. Nego illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illa die esse mortuum. jungitur vero **Omnino** pro ullo modo cum **NON, NIHIL, VIX, NUNQUAM, & NUSQUAM.**

**OMNINO** cum **NON.** Cic. Attic. l. 3. 65. 3. Vix aut omnino non posse fieri.

Cum **NIHIL.** Horat. 2. Serm. Salyr. 8. 9. Cic. l. 3. de Fin. Inter eas res nihil omnino interest.

Cum **VIX.** Cic. Fam. l. 4. Est omnino vix consolabilis dolor. 1

Cum **NUNQUAM.** Cic. 2. de Orat. 5. Omnino nunquam causas alicujus rei attingere.

Cum **NUSQUAM.** Cic. de Amicit. 20. Omnia nusquam reperiri.

**OMNINO** pro **NIMIRVM.**

Cic. de Amicit. 80. Omnino est amans sui virtus. Cic. 4. Verr. 106.

**OMNINO** pro **TANDEM.**

Cic. pro Marcel. Quid est enim omnino ipsum diu, in quo est aliquid extremum?

P.

**PARITER.**

**PARITER** adverb. congregandi significans **ISI-**

Ff 3

**MVL,**

*MVE* quod in hac significatione fere semper adsumit  
*CVM* Cic. i. *Tusc.* 39. *Pariter enim cum vita sensus amittitur.* II. *EX AEQVO*, I. *AEQUALITER*, *Plaut.* 6. 13. III. *SIMILITER*, Cic. pro *Fontejo* 29. *Pugnat pariter pro salute M. Fonteji. Narbonensis colonia.* Et jungitur cum particulis *AC*, *ATQUE*, *ET VI*, utilitatis pro *AEQUE AC*, ut & cum *AC SI*, & *ATQUE VI*, Sæpius etiam absolute ponitur *PARITER*.

*PARITER* cum *AC* & *ATQUE*. *Terent.* *Phorm.* 5. 3. 3. *Virg.* 4. *Aeneid.*

— *Et pariter facta atque infecta canebat.*

Cum *ET*, *UT* *Liv.* *Decad.* 3. l. 4. *Urbs pariter et portus in potestate Locrensium erat.* *Plaut.* *Amph.* 13. 11. *Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt.*

Cum *AC SI* *Sallust.* *ingurth.* *Pariter ac si hostes adessent munito agmine incedere.*

Cum *ATQUE UT*. *Plaut.* *Amphic.* 13. 11.

— *Sed ades occluserunt, enge hoc fit*

*Pariter atque ut alia facta sunt.*

*PARUM*, notæ significationis adverbium, jungitur interdum cum *QVOD*.

*PARUM*, *QVOD*. Cic. pro *Sestio* 25. *Parumne est Piso, quod tantum homines sefellisti.* *Terent.* *And.* 4. 1. 55.

*PARUM*, pro *NON SATIS EST*.

Cic. 2. de *Nas. Deor.* *Quæram ex te ea, quæ parum accipi.*

*PARUMPER*.

*PARUMPER* adverb. ad tempus refertur. Cic. de *Cl. Orat.* 179. *Digredi parumper à causa.* Cic. *Attic.* l. 11. 172. 6.

*PARUMPER* interdum adsciscit *DUM*.

*Terent.* *Andr.* 4. 2. 31. *Tu Mysis dum exeo, parumper operire me hic.*

**PAU-**



**PAULISPER** i. e. paululum, paulum temporis,  
Parumper.

Terent. Adolph. 2. 2. 45. Cic. Appio. l. 3. 12. 3. Suscipe paulisper meas partes. Interdum jungitur cum **DUM**, ut, parumper. Cic. pro Milon. 20. Commoratus est paulisper, dum se uxor comparat.

**NOTA.** Quoties de exiguo tempore sermo est, solemus semper uti **PARUMPER** aut **PAULISPER**, non **PARUM** aut **PAULUM** e. gr. Ter. Adolph. 2. 2. 45. Mane paulisper, non paulum aut parumper. **PERINDE.**

**PERINDE** significat **ITA**: & jungitur cum **AC**, **ACSI**, **ATQUE**, **UT**: cum negatione vero flagitat post se **QUAM**. Quod si a. non sequatur nec **ACSI**, nec negatio, accipietur pro **ÆQUE**. Valla Eleg. l. 2. c. 50.

**PERINDE** cum **ACSI**, Cic. Attic. l. 13. 296. 2. Quod ego perinde suebar acsi usus essem.

Cum **AC**. Cas. 3. Bel. Civ. 233. Perinde ac suis satis facere, & fraudata restituere vellent.

Cum **ATQUE** & **UT**. Cic. pro Marcel. 7. Vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. Cic. 3. Offic. 165. Habes à patre munus M. filii, mea quidem sententia magnum, sed perinde eris, ut acceperis.

Cum **QUAM**. Sueton. in Domit. c. 15. Nulla tamen te perinde commotus est, quam responso, casuque Afeletarionis mathematici.

**PERINDE** pro **ÆQUE** non sequente **ACSI**, l. negatione. Sueton. in Jul. Cas. c. 56. Plin. jun. l. 2. ep. 1. Fumus Rusi clarissimi civis & perinde felicitis.

**PERINDE** etiam sæpius jungitur cum **QUASI**, & idem est, quod **ACSI**,

Cic. pro *Quinct.* 56. Atque hac proinde loquor, quasi ipso illo tempore, quum te prator iussisset ex edicto possidere. Nonnunquam etiam *PERIADE QUASI* ironiam continet, cum primis his duabus vocibus connexis. Cic. pro *Milon.* 13. Perinde quasi Appius ille caecus viam munieris, non qua populus uteretur, sed ubi impure sui posteri latrocinantur.

*PLANE* significat clare & aperte.

Cic. 3. de *Fin.* 30. Plane & perspicue dicere aliquid, Cic. *Antic.* l. 8. 160. 2.

*PLANE* pro *CERTE*.

Terent. *Heaut.* 5. 1. 24. Sed te miror, qui alia tam plane scias.

*PLANE* pro *OMNINO*, *FUNDITUS* & *PENITUS*.

Cic. ad Terent. lib. 14. ep. 4. 7. Unum hoc sciso, si te habebo, non mihi videbor plane peritisse. Cic. de *Cl. Orat.* 154. Perfecite planeque eruditis P. Crassus.

*PORRO* interdum adverb. hortandi, interdum loci, interdum etiam ordinis idem est, quod *CERTE*, *DEINDE*, *AUTEM*, *ULTRA*, *VALDE* &c.

*PORRO* pro *CERTE*. Cic. pro *Planc.* 66. Nihil porro tam inhumanum, tam immane &c. quam committere, ut beneficio non dicam indignus, sed videtur esse videre.

Pro *DEINDE* 1. *POSTEA*. Terent. *Hecyr.* 3. 1, 20. Cic. *Marcel.* l. 4. ep. 9.

*PORRO* pro *AUTEM* continuat orationem Cic. pro *Rosc.* Amer. 68. Jam porro videte cetera iudices. Cic. 7. *Verr.* 140.

Pro *ULTRA* & *VALDE*. Liv. l. 8. Perro ire pergas, i. e. Ultra. Cic. de *Senect.* 39. Sape à majoribus nate audiui, qui se porro pueros à senibus audivisse dicebant.

*POST.*



## POST adverb.

Post adverbium jungatur quamvis sæpius cum ablativo, tamen neque illum neque alium aliquem casum regit, & pulcre aut duobus ablativis interponitur, Cic. pro Flacco 44. *Multis post annis pecunia recuperata est.* Aut postponitur, Cic. ad Attic. l. 4. 85. 16. *Hora post Antonium Gabinium nescio quem C. comdemnarunt.*

## POST UBI vel UT.

POST nonnunquam jungitur cum UBI vel UT. Virg. 5. *Aeneid.* 73. *Post ubi confecti cursus & dona peregit.* Cic. in Brut. *Post sensim incedens, iudices ne vidit ardentis, exaltavit audacius.*

POSTEA adverbium significans idem quod Exinde, Deinde &c. nonnunquam jungitur cum interrogatione.

Terent. *Hecyr.* 4. 1. 37. ———

*Quidum postea, si modeste ac raro hoc fecit?*

POSTEA non raro adsumit QUAM, ut sit POSTQUAM, POSTEAQUAM, POSTEA VERO, QUAM.

Terent. *Andr.* 3. 1. 16. Cic. *Planc.* l. 10. ep. 2. inter POST & QUAM pulcre & eleganter etiam dictiones interponuntur. Cic. *Fam.* l. 3. 5. *Postea vero quam ita & accipi & gessi maxima imperia, ut nihil mihi deesse putarem.*

POSTQUAM & POSTEAQUAM aliquando quoque junguntur cum ILLICO, EXTEMPLO, REPENTE.

POSTQUAM cum ILLICO. *Planc.* *Cistel.* *Postquam uxori iusta fecis, illico huc commigravis.*

Cum EXTEMPLO. Terent. *Hecyr.* *Postquam ingressi, exemplo cognovi ejus morbum.*

Cum **REPENTE**. Cic. 4. Verr. 96.

**POSTERIUS** pro **POSTEA** ad tempus  
adcommodatur.

Lucret. l. 2. 37. Cic. 6. Verr. 57. Terent. And. 3. 2. 29.

**POSTHAC** adverb. idem est, quod **POST HOC  
TEMPUS, INPOSTERUM**. vid. Valla Eleg.  
l. 2. c. 56.

Cic. Gallo. l. 7. 27. 6. Terent. Eun. 5. 2. 59.

**PRÆTEREA**, est notæ significationis adver-  
bium.

**PRÆTEREA** quasi præter ea, ad personas etiam  
refertur & habet pronomen tam singularis, quam plu-  
ralis numeri inclusum, Virg. 11. Æneid. 57. Cic. Ser-  
vio Sulpic. l. 4. 3. 16. *A me vero sic diligitur, ut tibi uni  
concedam, præterea nemini* Cic. Lent. l. 1. ep. 7. 7.

**PRÆTERQVAM**.

**PRÆTERQVAM** aliquando disjungitur, inter-  
posita quadam dictione. Plaut. in Pers. 10. 38.

*Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,*

*Qua præter sapiet, quam placet parentibus.*

NB. **PRÆTERQVAM** unica dictio est, semper,  
quia idem verbum subauditur, præcedentem casum  
requirens. e. g. *Nemo scripsit, præterquam hic, vel ille.*

**PRÆTERQVAM QVOD**, idem est, quod **NISI  
QVOD**.

Terent. Heaut. 2. 4. 20. Cic. Planc. l. 10. ep. 1. 7.

**PRÆTERQVAM QVOD**, pro **NON MODO**.

Cic. l. 1. de Divinat. *At id præterquam quod fieri  
non potuit, ne fingi quidem potest.*

**PRÆTERQVAM** absoluta pro **NISI**.

Cic. l. 3. ep. 7.

**PRIDIE**. i. e. Priori s. præcedenti die jungitur inter-  
dum cum **Genitivo**, interdum cum **Accusativo**.

Cum



Cum Genitivo. Cic. Attic. l. 11. 229. 2. *Pridie ejus diei venit.* Cum Accusativo. Cic. Appio. l. 3. 4. 1. *Pridie nonas junias, quum essem Brundusii.* Nonnunquam etiam absolute ponitur. Cic. Attic. l. 12. ep. 141.

**PRIDIE QUAM.**

Cic. ad Lentul. l. 1. ep. 2. 12. *De his rebus pridie quam hac scripsi, jenatus auctoritas gravissima intercesserat.*

**POSTRIDIE** i.e. Postero die Ter. And. l. 1. 117. *lisdem casibus & particulis, quibus modo diximus jungi PRIDIE, jungitur etiam POSTRIDIE.*

**PRIMUM.** adverb.

**PRIMUM** interdum, quum *sum*, aut *deinde*, aut tale aliquid non subicitur, absolute ponitur. Cic. Lincinio lib. 5. 8. 8. *Ut primum forum attigi, spectavi, semper, ut tibi possem quam maxime esse conjunctus.*

**PRIMUM**, jungitur in enumeratione bipartita cum *Deinde*, *Post*, *Tum* &c.

Terent. in Prologo Heaut. 3. *Id primum dicam: deinde quod veni, eloquar.* Terent. Heaut. *Mane hoc quod coepi primum enarrem, O Clitipho, post istuc veniana* Cic. l. 6. ep. 5.

**PRIMUM** In enumeratione tripartita jungitur quoque cum *Tum*, *post*, vel *deinde*.

Cic. l. 1. Offic. *Quae primum bene parca sit, nullo neque turpi quaestu, neque odioso: tum quamplurimis sese utilem praebeat: Deinde augeatur ratione, diligentia, parsimonia.* Interdum ita jungitur **PRIMUM, DEINDE, TUM** vel **POSTREMO**. Cic. in Partis. *Omnia doctrina dicendi distribuenda est primum in ipsam vim Oratoric. Deinde in orationem; Tum in quaestionem. Huc referenda est bina repetitio adverb. DEINDE, DEINDE.* Cic. 4. Verr. 101.

**PR-**

**PRIMUM** in enumeratione quadrupartita sepe adsciscit **DEINDE TUM, POSTREMO.**

Cic. l. ep. 2. & 3. Cic. l. 2. de Nat. Deor. Primum docent esse Deos: Deinde quales sint, tum mundum ab his administrari: postremo consulere eos rebus humanis.

**PRIMUM** in enumerationibus longioribus adsciscit, **TUM, DEINDE POST, TUM, DEINDE** uti legere est ap. Ciceronem. l. 5. de Finib. Nonnunquam etiam **PRIMUM** omittitur. Cic. l. 2. de Invent.

**PRIMO.** i. e. Prima fronte, primo aditu Terent.

Eunuch. 5. 7. 10.

Observ. Primum & Primo ita inter se differunt. Primum refertur ad ordinem rerum & numerum, Primo vero ad tempus, cui respondet **DEINDE,** aut **POST,** aut **POSTREMO.** Cic. Demost. Primo submissus. Deinde pressius: Post exultavit audacius. Idem de Arusp.

**PROPE.**

**PROPE,** quoties sine casu ponitur adverbiascit, contrariumque habet **PROUL.** Cic. Attic. l. 4. ep. 85. Tu advenire ac prope adesse jam debes.

**PROPE ADEST, UT,** vel **CUM,** idem est, quod **NON LONGE ABEST.**

Plaus. Aulul. 89 Terent. Andr. 1. 1. 125. Prope adest, quam alieno more vivendum est mihi.

**PROPE EST, UT,** idem est quod **PARUM ABEST, QUIN.**

Senec. ep. 121. Prope est ut omnes sint. Liv. decad. 3. 26. Docet prope esse, ut manus inter se conferant.

**PROPE EST FACTUM. NIHIL PROPIUS EST FACTUM. QUAM UT.**

Liv. 5. Bel. Pun. 112. Prope est factum, ut injussu Pra-



roris signis convulsis in aciem exirent. Cic. 7. Verr. 74.  
Id. ad Quint. Frat. l. 1. ep. 2.

**PROPIUS ABESSE** idem est, quod **MINUS LONGE**, pro quo Barbari **MAGIS PROPE**, dicunt, **ABESSE**.

Cic. 1. Tusc. 43. Abesse propius ab ore & divina progenie.

**PROXIME**. i. e. **NUPPERIME**, **ULTIMO LOCO**.

Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Is quem proxime nominari.  
Id. l. 5. ep. 15. Litteras quas à te proxime accepi.

**PROXIME**, pulcre interdum cum Accusativo jungitur.

Cic. Attic. l. 6. ep. 116. Varro de Re rust. Villici proxime januam cellam esse oportet.

**PROXIME** nonnunquam ponitur pro **MAXIME**.

Cic. Brut. l. 11. ep. 21. Ego huic sua virtuti proxime accedo.

**PROXIME** ad ordinem quoque refertur.

Cic. 2. Offic. 15. Proxime autem & secundum Deos homines hominibus maxime utiles esse possunt. Nächste Gott / seynd die Menschen einander am meisten nützlich.

**PROXIME** cum **ATQUE**.

Cic. Dolab. l. 9. ep. 18.

**PROXIME A**.

Cic. 4. Acad. 33. Proxime à Lacyde solo retenta est post autem &c.

**PROPTEREA**.

**PROPTEREA** est notæ significationis adverbium, & fere jungitur cum **QUIA**, **QUOD UT**. Cic. l. 2. de Div. Mula parvus prolatus est à te, res mirabilis, propterea quia

quia non saepe fit. Terent. Andr. 1. 1. 11. Cic. pro Ligat. 5.  
 Atq; hac propterea de me dixi, ut mihi Tubero, quum  
 de se eadem dicerem, ignosceret.

Q.

QUA adverbium loci, i. e. PER QVEM  
LOCUM.

Virg. 1. Aeneid. 81.

Perge modo, & qua te ducit via dirige gressum.

Nonnunquam etiam iteratur & significat TUM,  
TUM. Cic. Attic. l. 2. ep. 34. Id. ad Quint. l. 3. ep. 17.  
 Topiarium laudari ita omnia convolvit hedera, qua  
 basim ville, qua inter columna ambulationis. Qua ele-  
 gantissime adhibetur à Cicer. ad Attic. lib. 15. Epist. 18.  
 Quoniam intelligote distentissimum esse qua de Buthro-  
 tibus, Qua de Bratio.

QVAQVA.

Ponitur pro quamcunque partem: Plaut. in Epid.  
 Quaquam tangit, omnes comburis.

QVACVNQVE. i. e. PER QVEMCVNQVE  
LOCVM.

Cic. Attic. l. 14. 314. 9. Quacunq; nos commovimus  
 revocamur.

QVAM, TAM, (ita etiam QVAMDIV,  
TAMDIV.)

QUAM. Adverbium notæ significationis, cui  
 pulcre & eleganter, intercedente comparatione, præ-  
 ponitur vel postponitur TAM, Terent. Eun. 4. 4. 51.  
 Parmenonis iam scio esse hanc rethnam, quam me vive-  
 re. Cic. Attic. l. 1. 13.

QVAM pro POSTQVAM.

Cic. 2. de Orat. 7. Postero die, quam illa erant acta,  
 Catulus venit. Colum. l. 11. c. 38. Post nonum diem, quam  
 id factum est.

QVAM



QUAM pro VALDE.

QUAM pro VALDE eleganter cum superlativo, & aliquando cum positivo, & sæpe cum interrogatione jungitur. Cic. 2. de Nas. Deor. 3. Geram tibi morem, & agam quam brevissime potero. Terent. Heaut. 2. 3. 127. Cic. 3. Tusc. 140. Antiqui stirpes sunt agritudinis quam multa, quam amara. Id. Astic. l. 7. 14.

QUAM optantis frequentius cum VOLO aut CUPIO jungitur.

Cic. 3. de Fin. 15. Quam vellem, ut te ad Stoicos inclinavisses.

QUAM admirantis.

Terent. Hecyr. Sumptus, quos fecisti in eam, quam animo equo tulit Cic. Astic. l. 7. ep. 1.

QUAM in comparatione sæpe adsciscit QUANTUM.

Cic. 5. Verr. 83. Sexies tantum, quam quantum satis sit ablatum esse.

QUAM pro QUANTUM, cum POSSUM.

QUAM pro QUANTUM, quibusdam interpositis verbis, eujusmodi sunt, POSSUM VALEO, & Synonymis cum superlativo, eum sine eo jungitur. Cic. de Senect. 43. Convivium ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus. Sallust. in Jugurth. Quam maximas potest copias armat. Terent. Heaut. 3. 1. 7. Nam quam potero adjuvabo senem.

QUAM cum VOLO, pro QUANTUM usurpatur.

Cic. pro Cal. Mulier, quam velis sit potens.

QUAM interdum jungitur cum QUOD vel UT.

Cic. Astic. l. 11. 215. 5. Sed ex omnibus, nihil magis tamen desideratur, quam quod in Africam non ierim. Id. 3. de Orat. 13. Id. 5. Tusc. 165. Plerumque dolor vehementior, quam causa sit cur feratur.

QUAM

**QUAMPRIDEM.** Wie längst / wie vorlängst.  
Terent. Eun. 3. Sc. 3. Ubi friget hæc evasit, quampridem pater mihi & mater mortui essent.

**QUAM QUOMODO.**

Cic. de Senect. 11. Multa præclara in eo viro cognovi, sed nihil est admirabilius, quam quomodo ille mortem M. filii tulit.

**QUANDO**

**QUANDO** adverb. temporis, significans quo tempore, ut & **QUANDOQUIDEM** nonnunquam ponuntur pro **QUONIAM**, vicamque conjunctionis **QUANDO** tum obtinet Terent. Adolph. 5. 3. 16. Quando ego tuum non curo, ne cura meum. Id. Andr. 3. 2. 7. Quandoquidem ipse est ingenio bono. In soluta oratione tamen usitatissimum est **QUONIAM**.

**QUANTUM.** adverb. temporis, vel quantitatis nonnunquam ponitur absolute, aliquando etiam adfiscit **TANTUM**, vel **TANTUNDEM**.

**QUANTUM** absolute Terent. Heaut. 5. 2. 31. Cic. Appio l. 3. 8. 1. Etsi, quantum ex litteris tuis intelligere potui, videbam te hanc epistolam, &c. esse lecturum. **QUANTVM TANTVM**, vel **TANTVNDVM** Quint. in Proem. l. 4. 4. Ut quantum nobis expectatio adjecit, tantum ingenii aspiret. Cic. ad Quint. Fr. l. 1. M. Antonio quantum tu scripseras, Cæpioni tantundem solutum est.

NB. Ad **QUANTVM** absolute positum, pertinent etiam hæc, quæ sæpius apud Ciceronem occurrunt, loquendi genera: **QUANTVM POSSVM QUANTVM IN ME, IN TE, IN IPSO EST.** So viel ich kan oder vermag / was mich anlangt.

**IN QUANTVM**, pro **TANTVM QUANTVM**, vel **QUANTVM**.

Græca ratione. Ovid. 2. Metam. Fab. 3.

in quantum quæque secuta est.

**QUAN-**



**QUANTULUM & QUANTULUMCUNQUE**  
 extenuationi seruiunt. Cic. 5. Verr. 3. Nos qui iam **ES**  
 quid facere, **ES** quantulum iudicare possemus ostendi-  
 mus. Id. 2. de Orat. 54. Ex eo quod dico quantulum-  
 cunque id est, quid faciam, iudicari potest. **Es seye so**  
**wenig als es wolle.**

**QUANTOPERE**, adv. cui nonnunquam respon-  
 det **TANTOPERE**, idem est quod **QUAN-**  
**TUM** aut **QUAM**.

Cic. Attic. l. 14. 304. 3. Dicit enim non potest quanto-  
 pere gaudeant. Caes. de Bel. Gall. 7. Quanto opere eorum  
 animi magnitudinem admiretur, tantopere licentiam  
 arrogantiamque reprehenderes.

**QUASI** adverbium similitudinis pro **TAN-**  
**QUAM** vel **SICUT**.

Cic. 4. Acad. 75. Id. 4. Verr. 135. Repente aspiciuntus li-  
 turas ejusmodi, quasi quaedam vulnera tabularum recensia.

**QUASI & QUASI PERO** saepe Ironia  
 seruiunt.

Cic. 2. Philip. Medico tria millia iugerum, quasi te  
 sanum facere potuisset. Terens. Eun. 4. 4. 18. Cic. Ap-  
 pio l. 3. ep 7. Quasi vero ad cognoscendum ego ad illos,  
 non illi ad me venire debuerint.

**QUASI** aliquando ponitur pro **FERE**, quod ta-  
 men, cum contrahitur, numerus, spatium aut a-  
 liud ejusmodi, ap. Ciceronem admodum rarum  
 est. Ejus loco particulis **Fere**, **Ferme**, **Pene**,  
**Prope**, **Propemodum**, utendum est.

Cic. 4. Acad. 145. Quantulus nobis videtur? mihi  
 quidem, quasi pedalis.

**QUATENUS**.

**QUATENUS** adverb. Significans **QUANTUM**,  
**IN QUANTUM**, **AD QUEM TERMINUM**, vel

**FINEM** refertur solet ad **EATENUS** Cic. 1. Tusc. 173. Magna culpa Pelopis, qui non erud. eris filium, nec docuerit quatenus esses quodque curandum. Id. de Amicit. Est enim quatenus amicitia venia dari possit. Nonnunquam etiam ad tempus refertur. Cic. 14. Ph. lip. Quibus auspiciis istos fasces Augur acciperem? quatenus haberem, cui traderem? Interdum quoque ponitur pro **QUA EX PARTE**. Cic. Offic. 1. 3. Vulgus quid ablit à perfecto, fere non intelligit: quatenus autem intelligit nihil putat praetermissum.

**QUEMADMODUM** pro **QUOMODO**.

**QUEMADMODUM** adverb. compositum ex **QUEM AD & MODUM**, idem significat, quod, **AD QUEM MODUM**, **QUOMODO**, wie / was Gestalt / oder massen Cic. Attic. 1. 7. ep. 24. Haec res quemadmodum ceederis, &c. velim ad me scribas.

Nonnunquam ponitur interrogative. Cic. 4. Verr. At quemadmodum tabulas publicas corrupisti? Id. 7. Verr. 54.

**QUEMADMODUM SIC, ITA**, vel **SED**.

Cic. de Amicit. 51. Ut quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Colum. Quemadmodum sapientis est, fortuitos casus magno animo sustinere, ita clementis est ipsam sibi malam facere fortunam. Cic. 3. Verr. Quarat non solum quemadmodum nostro criminis, sed etiam quo pacto sua confessioni medeatur.

**QUIN**, adverb. dictum quasi **QUID NON?** & ita ponitur pro **CUR NON?** in interrogando.

Cic. pro Rabir. Perduel. reo 12. Quin contineris vocem indicem stulticia vestra? Terens. Phorm. 1. 4. 33.

**QUIN** pro **QUI NON, QUAE NON, QUOD NON**.

Cic. 7. Verr. 46. In quaquam multa sint vulnera, quis est vestrum iudices quin intelligat, Terens. Hecyr. 2. 1. 43.



Cic. ad Quint. Fr. l. 1. De qua aqua, & via nihil praefer-  
mi si qua ad am epistola, quin enucleate ad te perscriberem.

**QVIN** pro **QVOD NON**, vel **QVO**  
**MINUS**.

**QVIN** pro **QVOD NON**, Terent. Adelph. 5. 4. 2.  
vel pro **QVO MINUS**, Terent. Eunuch 5. 2. 3.

**QVIN** interdum ponitur sine interrogatione pro  
**IMMO**, **QVIN ETIAM** pro **IMMO ETIAM**.

Terent. Heaut. 4. 3. 23. Quid dicam? Quam causam  
adferam? S. Quin nolo me scribi: aperte ita ut res sese  
habet narrato. Cic. l. 7. ep. 1.

**QVIN** laepe etiam jungitur cum verbis **DUBITO**,  
**POSSUM**, **PRÆTER**, & **INTERMITTO**,  
**NIHIL**, vel **PARUM ABEST**, & aliis ejus-  
modi.

Cic. ad Attic. l. 5. 98. 5. Non enim dubitabat Zeno,  
quin ab Areopagitis in viuo Memmio impetrari non pos-  
set. Id. Attic. l. 12. 245. 2. Facere non possum, quin quoti-  
die ad te mittam. Id. Attic. l. 7. 135. 1. Nullum intermisit  
diem, quin &c. Id. Attic. l. 11. 223. 5. Prorsus nihil abest,  
quin sim miserimus.

**NOTA.** **DUBITO** quories significat, vel usurpa-  
tur pro **AUDEO**, postulat infinitivum, non **QVIN**.  
Cic. de Amicit. Non dubitat illum in omni sermone ad-  
pellare sapientem. Quod si autem dubitationem ver-  
bum **dubito** significat, abhorret ab infinitivo. Non er-  
go dicendum: Non dubito illum venturum esse, sed,  
quin ille sit venturus. Nonnunquam etiam **dubito** ad-  
sumit **AN**, **DE**, **HOC**, **QVID**, **VERUM**, **UTRUM**,  
aut aliquid ejusmodi. Cic. 5. Verr. 129. Infinite dubita-  
re, utrum sit melius, propter multos improbos uni par-  
cere an, &c. Idem Apuleio l. 13. 46. 3. Nam de tua erga  
me voluntate non dubitant. Id. 3. Offic. 102. Hoc non

surpe est dubitare Philosophos, quod ne rustici quidem dubitent? Idem 4. Acad. 49. Tum vero dubitavit quid sit extremum &c.

### QVIPPE.

QVIPPE rationis redditivæ adverbium, nempe quo rationem ejus, quod præcessit, reddimus, interdum usurpatur pro IMMO, CERTE, aut VIDE-LICET, eodem modo etiam subjicitur aut rejicitur in extremum Plaut. Anul. 5. 3. Cic. pro Cecin. 49. Recte igitur diceres, te restituisse? quippe. Quid enim facilius est, quam &c.

QVIPPE interdum Ironiam continet,

Cic. pro Milon. 25. Mores quippe me lumen curiae. **eben also?** &c. **das lichte** &c.

QVIPPE nonnunquam adsumit CUM, QVIA.

QVOD. pro UTPOTE CUM, &c.

Plin. l. 7. c. 51. 2 Cic. 2. Offic. 47. Harum igitur duarum, ad fidem faciendam iustitia plus pollet: quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis. Terent. Heaut. 3. 2. 27. Cic. Lentul. l. 1. 9. 22. Ubi de mea sententia quæstus est Cæsar: quippe quod etiam Ravenna Crassum ante vidisset.

QVIPPE absolute pro UTPOTE, & QVIA vel NAM aliquando ponitur.

Cic. 8. de Fin. 31. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in Geometriaque perfecto. Terent. Heaut. 2. 4. 9. &c.

QUIPPE cum QUI, QUÆ, QUOD pro UTPOTE QUI, QUÆ, QUOD.

Cic. pro Rosc. Amer. 31. Convivia cum patre non ixtabas, quippe qui ne in oppidum quidem nisi pettato veniret. Plaut. Amph. 8. 112.

QVO adverb. Interrogandi German. Wohin.

Terent.



Terent. *Ar. dr.* 4. 2. 25. Cic. *ad Torq.* l. 6. 2. 8. Tu velim scribas ad me quid agas, & ubi futurus sis, us, aut quo scribam, aut quo veniam, scire possim.

**QVOAD.**

**QVOAD**, pro **QVAMDIU**, **QVOUSQVE**, wie lang, so e weit/ indicativis. Terent. *Phorm.* 1. 2. Quid? senem quoad expectatis vestrum? & subjunctivis jungitur; Cic. *de Amicis.* Ego autem à patre isa eram deductus ad Scaevolam, sumpta virili toga, us, quoad possem & liceret, à senis latere nunquam discederem. Cum vero pro **DONEC** hæc particula ponitur, requirit subjunctivum. Planc. Cic. l. 10. ep. 21. Omnia us integra servem dabo operam, quod exercitus huc submittatis.

**QVOAD** pro **QUANTUM**, fere cum verbo **POSSUM** jungitur.

Cic. *de Senect.* 10. Quoad potuit restitit.

**QVOAD EJUS FIERI POTEST**, vel **FACERE POTERO**.

Cic. *ad Artic.* l. 11. 220. 6. Tu tamen velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, scribere ad me.

**NOTA.** Genitivus **EJUS** neutiquam regitur à **FIERI** vel **FACERE** tanquam veris nominibus, ut quibusdam Grammatistis placet, verum potius à suppresso pronomine **ALIOQVOD** Idem enim est, ac si diceretur, **QVOAD ALIOQVOD EJUS FACERE POTERO**. Quæ Perizonii est sententia. Vel in hisce locutionibus, potius legendum **QVOD** pro **QVOAD**, ut Gronovius existimat. Quod profecto non alienum a latinitate. Nam passim tò **QVOD** ita sumitur. Plaut. *Caps.* 3. 4. 1. Liv. 39. 45. Id eos us prohiberet, quod ejus sine bello posset, pratori mandatum est. Heic jam omittitur **FACERE** vel **FIERI**, & tò ejus regitur à **QVOD**. Budæus vero & Auctor *Fori Ro-*

mani putant Genitivum *EJUS* paretcon esse, i. e. abundare.

NB. *QVOAD* pro *SECUNDUM*, barbarum est. Non enim Accusativum regit Latinis, sed verbis, non nominibus jungi postulat, & *QVAMDU*, *QVOUSQVE* significat, ut supra ostentum.

*QVOMODO* adverbium: i. e. *QVA RATIONE*,  
*QVO MODO*.

Cic. ad *Quint. Fr.* l. 2, 6. 1. *Lectus sum cum Cincio quomodo se res habeat.*

*QVOMODO* Interdum servit admirationi & interrogationi.

Admirationi servit, Cic. de *Amicit.* 8. *Quomodo, ut alia omittam, mortem filii tulit?* & interrogationi *Plaut. Aulul.* 4. 8. *Quomodo tibi res se habet?* Elegantius vero & ultimatius pro *QVOMODO* ponitur *UT* admirantis, quo de infra ageretur.

*QVOMODO*, cum *ITA*, vel *SIC*.

Cic. ad *Heren.* l. 4. *Et quomodo quatuor de causis sumitur: ita quatuor modis dicitur. Idem Tusc.* l. 5. *Es quomodo hoc sit consequens illi, sic illud huic.*

*QVOMODO*, pro *QVOQVO MODO*.

Cic. *Rufol.* l. 5. 20. 1. *Quomodo potuissim, se convenissem, si Es.*

*QVOMODO*, pro *VT*, vel *SICVT*. *QVOMODO NVNC*, pro *VT NVNC*.

Cic. *Attic.* l. 10. 107. 13. *Cujus quidem mirifica virtus: quomodo illa fert publicam civem, quomodo domesticas vicinas. Idem Attic.* l. 1. 3. 261. 5. *Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet.*

*QVOMODOCVNQVE*.

*QVOMODOCVNQVE* idem est, quod *QVOCVQVE MODO*, *QVOQVO PACTO*. *Wo will das hinc auß?*



aus? wie ist das gemeint? Cic. 5. de Fin. 52. Quomodo-  
cunque dicitur intelligi samen quicquid dicatur potest.

**QVOQVOVERSVM & QVOQVOVERSVS.**  
adverb. ad locum. i.e. **VERSVS QVEMCVNQVE**  
**LOCVM.**

Cas. l. 2. Bell. Civil. 28. *Patebat hæc quoquo versus*  
*pedes XXX Colum. l. 2. c. 5. 1.*

**QVORSVM & QVORSVS** adverbia facta ex **QVO**  
& **VERSVS**, i.e. *versus quem locum.* pro quo  
etiam ponuntur. Nonnunquam etiam significant  
**AD QUEM FINEM.** Sumuntur autem in-  
terrogative & sine interrogatione.

**QVORSVM**, vel **QVORSVS** pro **QVOVERSVS.**  
*Terent. Eunuch. 2. 3. 13. Ego nescio hercle neque unde*  
*sam, neque quorsum eam.* Cic. *Attic. l. 5. Quorsum*  
*id casu um esset, verebar.* Pro, **AD QUEM FINEM:**  
Cic. post red. ad *Quirites 3. Quorsum igitur hæc disputa-*  
*tio? quorsum? ut intelligere possitis, neminem &c.*

NOTA. Adverbium **QVORSVS** quoniam rarius  
legitur ap. Ciceronem ceterosque auctores classicos,  
itaque usitatiore utendum est adverbio **QVORSVM.**  
**QVOTIDIE.** i.e. **SINGVLIS DIEBVS.** **QVOTIDIE**  
**MAGIS,** vel **PLVS.**

**QVOTIDIE** saepe jungitur cum particulis **MA-**  
**GIS,** **PLVS** &c. & cum his junctum significat: **IN**  
**DIES MAGIS.** *Terent. Heaut. 3. 1. 14. Nam mihi*  
*quidem quotidie augetur magis de filio, aegritudo.* Cic.  
*ad Quint. Fr. l. 3. Quod scribis te à Casare quoti-*  
*die, plus diligi, immortaliter gaudeo.* Nonnunquam  
etiam gaudet aliis comparativis. Cic. *Attic. l. 5. 94. 1.*  
*Quotidie vel potius in singulos dies, breviores ad te litte-*  
*ras mi to.*

**QVOTIES,** & **QVOTIESCVNQVE,** significant,  
quod barbari dicunt, **QVOT VICIBVS,** & po-  
nun-

nuntur interdum absolute, interdum etiam ad  
**TOTIES** referuntur.

Absolute. Terent. Hecyr. 1. 1. 3. Vel hic Pamphilus  
jurabat quoties Bacchid, quam sancte. Cic. 3. Tusc. 142.  
Cetera, quotiescunque volens, & hoc loco, & alius parata  
vobis erunt. Ad **TOTIES** referuntur. Cic. pro Rab.  
Posth. Quoties eorum quippiam dices, toties unum di-  
ces &c. Idem pro Cluencio 39.

**QUOUSQUE** i. e. **USQUE AD QUOD TEM-  
PUS, QUEM AD LOCUM.**

Plaut. Aſin. 3. 29. Nam quousque L. usq, ad mortem  
volo. Cic. 1. 1. de Nat. Deor. Quousque ludis? Interdum  
adverbio **QUOUSQUE** respondet **QUOAD**. Cic. ad  
Asiatic. 1. 15. 329. 19. Quousq, inquires? quoad eris integrum.

S.

**SATIS.**

**SATIS** adverbium per apocopen **SAT**, signifi-  
cat **ABUNDE, SUFFICIT, SAT EST**. Cic. 5. Verr.  
148. Sed ab iis quos repudias, exigis tantum pecunia,  
quantum ad eum numerum frumenti satis fu, quem  
civitati imperas. Terent. Adelph. 3. 2. 15.

**SATIS** saepe jungitur cum nominibus, verbis,  
& adverbis.

**SATIS** junctum cum nominibus. Cic. Offic. 37.  
Satis magna pecunia. Virg. 1. Georg. 5. Ambrem satis  
largum calo dimittere. Interdum tanquam nomen neu-  
trius generis genitivum regit. Cic. 4. Verr. 1. Satis hi-  
storiarum est. Cum verbis. Terent. Eunnuch. 3. 4. 9.  
Quid illud mali est? nequeo satis mirari. Ter. Adelph.  
3. 3. 85. Et cum adverbis. Plaut. Pers. 16. 53. Satis  
recte mones. Terent. Eunnuch. 5. 9. 55.

**SATIS SUPERQUE**. significat **SATIS, & PLUS  
QUAM SATIS.**

Horas.



Horat. Epod. 1. 7. Satis superque me benignitas tua ditavi. Cic. 2. de Nat. Deor. Contra Epicurum satis superque dictum est.

**SCILICET.** quasi **SCIRE LICET.**

**SCILICET** adfirmandi adverbium usurpatum pro **CERTE**, aut **VIDELICET**. Cic. Sulp. l. 13. 27. 3. Peto igitur à te, tanto scilicet studio. quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario & tam familiari. Id. Attic. l. 4. 75. 1. De Lentulo scilicet sic fero, ut debeo.

**SCILICET** sæpissime etiam Ironiæ servit.

Terent. Andr. 1. 2. 14. Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat scilicet. h. e. veluti per sensum contrarium, nimirum, id populus non magno peccate curat. ja/ja/ eben also/ hinder sich.

**SECUS** adverbium, significat **ALITER**. Interdum etiã **MALE**. Unrecht/ & tunc negandi vim habet.

**SECUS** idem, quod **ALITER** Cic. de Amicit. 29. Longe secus. Pro **MALE**. Cic. l. 1. ep. penult. Adfirmat à se nihil cuiquam de eo secus esse dictum.

**SECUS AC, AC SI, ATQUE, QUAM.**

Cic. 2. de Orat. 14. Non dixi secus ac sentiebam. Id. pro Muræna 9. Non secus ac si frater meus esses. Id. 3. de Orat. 65. Sed paulo secus à me atque ab illo partina ac distributa. Plaut. Aulul. 16. 21. Quid diximus tibi secus quam velles?

**NOTA.** **NON SECUS AC**, usurpato solet sequente consonante. **NON SECUS ATQUE**, sequente vocali. **NON SECUS QUAM**, cum sequente consonante, cum sequente vocali.

**SIC** adverbium adfirmantis non raro jungitur cum **UT**, in similitudine.

Cic. Treb. l. 7. 17. 6. Sic ei te commendavi, & tradidi, ut gravissime diligentissimeq; potui. Id. l. 5. ep. 18. Ego tuam

*Brute, rem sic ago, ut ipse non ageres. Interdum etiam jungitur cum UT SI, QUASI, TANQUAM. Cic. Fam. l. 2. Eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. Terent. Aaelph. 4. 7. 21. Sic vita hominum est, quasi cum ludas tesseris. Plaut. Amph. 8. 49. Cic. Brut. Nam & Odyssea Larina est sic, tanquam opus aliquod Dedali.*

**SIC UT, pro ADEO UT.**

*Cic. de Orat. Omnis pars orationis debet esse laudabilis, sic ut nullum verbum, nisi elegans excidat.*

**SIC** etiam adsumit **QUEMADMODUM**, pro **ITA, UT**; **SECUS**, pro **ITA, ALITER**. **SIC, NE**; **SIC, UT NEQUIDEM**, quorum auctoritates, brevitati studentes, heic non adponimus, sed aliis evolendas relinquimus.

**SICUT**, adverbium similitudinis.

**SICUT**, interdum ponitur absolute. Cic. Quint. Fr. l. 1. ep. 1. Interdum pro Simplici **UT**, & adsumit **ITA, ITEM, SIC**. Quint. l. 1. c. 3. 20. Cic. pro Milon. *Hae sicut gesta sunt, ita exposui. Id. pro Quinct. Fr. Sicut in semper summe concupisti: item volebas Alphenus. Plaut. Rud. 24. 67.*

**NON SICUT, SED Vt, vel SED TANQUAM.**

*Cic. de Amic. Non sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem. Id. ad Heren. l. 4.*

**SIMILITER.**

**SIMILITER** est **PARITER, EODEM MODO**, quod adverb saepius jungitur cum particulis **AC, ATQUE, UT**. Rarius vero absolute ponitur. Cic. de Nat. Deor. 11. *In autem quid quaeris? Similiter facis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis. Id. 1. Philip. 6. Neque vero illum similiter atque ipse eram, commotum esse videt. Id.*



di. Id. 1. de Orat. Similiter peses à Crasso, ut Sc. Id. Tusc.  
l. 4. Similiterque ceteri morbi &c.

## SIMUL.

*SIMUL* congregandi adverbium idem est, quod *PARITER*, vel *UNA*. & non raro adsciscit *CUM*.  
Terent. Eunuch. 2. 2. 10. Consilium cum te amisisti. Plin.  
ep. 136. Id. 3. Tusc. 69.

*SIMUL* Geminatum.

*SIMUL* interdum geminatur, & habet eandem  
pene vim, quam *CUM* & *TUM*, sive *PARTIM*. Liv.  
7. Bel. Pun. 11. Milites adificiis emotos, simul ut cum agro  
recta urbis fruenda locarentur: Simul metuens ne suum  
quoque exercitum ficeret Annibalis &c.

*SIMUL* pro *SIMUL AC*, vel *SIMVL ATQVE*,  
item pro *PRÆTEREA* vel *DEINDE*.

Cic. l. 2. ep. 5. Simul quid erit cersi, scribam ad te. Te-  
rent Andr. 1. 1. 132. Cic. pro Balb. Simul illud nesciebas.

*SIMVL* fere semper jungitur cum particulis *AC*,  
*AC PRIMUM*, *ATQVE*, *ET*, *VT*.

Cic. ad Leptam. l. 6. 18. 1. Simul ac accepi à Seleuco  
quo litteras, statim quaesivi è Balbo per Codicillos, quid  
esset in lege. i. e. quam primum, vel statim cum s. post-  
quam accepi. Cic. 3. Verr. 97. Simul ac potestas primum  
data est, adveni hi quos dixi. Cic. 1. de Tin. 45. Omnè a-  
nimal simul atque natum su, voluptatem adpetere, eaque  
gaudere ut summo bono. Cic. 3. Verr. 74. Simul & istum  
fore tam improbum non arbitrabamur. i. e. Atque etiam,  
vel præterea istum &c. Cic. Tusc. 4. Facile ut adpareat  
nostros omnia consequi potuisse simul ut velle coepissent.

*SIMVL* nonnunquam etiam copulatur cum  
particulis *CONTINVO*, *ILLICO*, *PROTI-  
NVS*, *STATIM*, quibus significatur major vel  
celeritas, e. gr.

Cic.

Cic. 6. Verr. Qui simul atque in oppidum quodpiam venerat; mistebantur illi continuo Cibratici canes. Ceteras B.L. evolvendas relinquimus auctoritates.

*SIMVL* aliquando etiam adsumit, *QVOD*, *QVIA*, *VT*, *NE*, uti legere est apud Ciceronem, aliosque ejus notæ auctores.

### SODES.

*SODES* blandientis vel exhortantis adverbium, dictum quasi *SI AVDES*, ut *SIS*, pro *SI VIS*; solum etiam *SI AVDES* ap. Plautum legitur. Usurpatur pro *QVÆSO*, *SI VIS* Terent. Hæaut. 4. 4. At scin' quid *SODES*? Priscianus vero l. 8. hanc particulam verbis defectivis accenser, in hæc erumpens verba: *Reperiuntur tamen & alia verba, quæ in usis deficiunt personis, ut cedo, sodes, salve, furis, ave, infis, foret, quamvis & infis & furo apud Varronem inveniuntur, & forem apud Terentium.*

### STATIM.

*STATIM* adverbium, priore producta à stando, constanter, continue, quasi uno statu significat, Plaut. Amph. 4. 85. *Nec recedit loco, quin statim rem gerat.* Priore vero correpta denotat, ut Nonius vult, *mox, illico, sine mora.* Cic. Orat. in Verr. *Statim ad Messanam litteras dedit.* Jungitur autem cum particulis *ATQVE*, *SIMUL AC*, *SIMVL UT*, *UT*.

### STATIM,

Cum *ATQVE* rarius jungitur. Vlpianus de edicto edicto, 1. *Adiles: Judiciorum statim atque iudex factus est, omnium rerum officium incumbis.*

Cum *SIMUL AC*. Cic. Attic. l. 15. ep. 12.

Cum *SIMVL VT*. Cic. Attic. l. 10. ep. 4.

Cum *VT* frequentissimum Cic. Attic. l. 2. 27 4.

Litteras scripsit H. X. Cerialibus statim ut inas legeram.



*SVpra* sine casu est adverbium.

Cic. 3. de Orat. 112. *Omnia hæc quæ supra & subter sunt, unum esse.*

*SVpra,*

Interdum pro ANTE, vel ANTEA dicitur.

Cæs. 5. Bell. Gall. 8. *Supra demonstravimus.* Cic. l. 6. 10.

*SVpra* cum *QVam*.

Cic. in Top. 20. *Hoc est supra quam illud.*

*NIHIL SVpra,* non *SVpra NIHIL.*

Terens. Eunuch. 3. 1. 37. *Facete, lepide, laute, nihil supra.*

NOTA. *Superius dixi, pro supra dixi, inusitatum est.*

T.

*TAM.*

*TAM* notæ significationis adverbium interdum absolute usurpatur pro *ADEO*.

Virg. 1. *Æneid.* 122.

— *quæ te tam lata tulerunt*

*Secula?*

Interdum respondet ei: *QVam*: *Quæ* duæ particulae fere nominibus & participiis adnecti solent: Aliquando etiam verbis; cum primis, si comparatio quædam aut similitudo significatur. Sicut *TAM* & *QVam* adverbia similitudinis & idem significant, quod *ÆQUE AC*: Quod si vero nulla adit comparatio aut similitudo, *TANTVM*, *QVANTVM* cum verbis jungitur. Ovid. 4. de Pont. Eleg. 14. 9. *Tam felix vivinam, quam pectore candidus essem.* *TAM* junctum verbis Terens. Eunuch. 4. 4. 51. *Parmenonis tam scio esse banc rechnam, quam me vivere.* Nonnunquam etiam *TAM* adverbis jungitur, ut videre est in illo Terentii Heaut. 1. 1. 15. *Nunquam tam mane egredior, neque tam vespere domum revertor, quin &c.*

*TAM,*

## TAM, QUAM SI.

Cic. Fam. l. 6. ep. 1. Xenomenes hospes tam te diligit, quam si vixeris tecum.

TAM cum QVIN, VT vel VTI, VT NE, VT NON & denique cum QVI.

TAM cum QVIN. Cic. pro Balb. Etenim quis est tam demens, quin sentiat ius hoc Gaditanis esse relinquendum.

Cum VT vel VTI Cic. 2. de Orat. Non essem tam inurbanus, ac pene inhumanus: ut ego eo gravarer, quod vos expere sentirem.

Cum VT NE, VT NON. Cic. pro Sext. Nunquam enim eris tam oppressus senatus, ut ei ne supplicandi quidem ac lugendi sit potestas Cic. Attic. l. 3. ep. 31.

TAM sæpissime pro, VT, adsumit QVI. Plaut. Trinam. An ille est tam stultus, qui mihi mille nummum crederes?

NON TAM VT, jungitur cum QUAM UT, vel QUAM UT NE. Et NON TAM CAUSA cum QUAM UT, vel QVIA. Quarum locutionum auctoritates brevitatis gratia omitto, nullus dubitans, quin B. L. illas evoluturus sit.

## TAMDIU.

TAMDIU est TANTISPES, & ponitur interdum, absolute, ut: Plaut. Asin. Hæcine te esse oblitum in ludo, qui fuisi tamdiu? Interdum etiam copulatur cum DVM, Cic. pro Flac. Valuit tamdiu, dum huc prodiret. Aliquando cum QUOAD. Cic. 1. Offic. Tamdiu autem velle debebis, sc. discere, quoad te, quantum proficias, non pœnitebis. Sæpius tamen respondet ei, QUAMDIV, vel simpliciter QUAM, & tum subauditur DIV. Cic. l. 2. de Fin. Manebis ergo amicitia tamdiu, quamdiu sequitur utilitas. Cic. in Brut. Vixit tamdiu, quam licuit in civitate bene, beateque vivere.

TAN-



**TANDEM** adverbium temporis, significat aliquando, post longam moram, & non raro vim vehementius instandi habet, & quidem per interrogationem.

Terens. Eunuch. 1. 2. 74. Hei noster laudo, tandem perdoluis. Cic. pro Cecin. 35. Cecinna utrum noluis tandem, an non potuis accedere? Priscianus & Donatus putant hanc particulam conjunctionem esse expletivam. Vid. Valla Eleg. 1. 6. c. 21.

### TANQUAM.

**TANQUAM** adverbium similitudinis quo Cicero in comparationibus & similitudinibus libentius usus est, quam adverbio **VELUT**, Cic. in Vasin. 2. Reverte enim te, tanquam serpens e latibulis intulisti. Cic. 1. Tusc. 177. Gloria virtutem tanquam umbra sequitur. **TANQUAM** cum **SIC**, vel **ITA**, pro **QUEM-ADMODUM**.

Cic. ad Cassium. l. 12. 9. 2. Tanquam enim si clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, prater rumores &c.

**TANTISPER** idem, quod **TAMDIU**, **TANTO TEMPORE**.

Cic. pro Cecin. 21. Cogitare tantisper de aliquo teo. Adsumit interdum **DUM**. Terens. Adelph. 1. 1. 45. Dum id rescitum iri credis, tantisper caves.

### TANTVM.

**TANTVM**, interdum absolute ponitur. Cic. pro Muren. 71. Virg. 6. Eclog. 4. Aliquando etiam ei respondet **QVANTVM**. Cic. de Senect. 44. Tantum quantum sat est. Obser. **TANTVM QVANTVM** non idem est, quod **TAM QVAM**, sed significat **TAM MVLTVM**, **QVAM MVLTVM**; & jungitur tum verbo uni, tum duobus diversis, tum eidem iterato, non vero nominibus & participiis.

**TAN-**

**TANTVM** nonnunquam postulat *VI*.

Plaut. Capt. 1. 4. *Tantum studens ut natum recuperes.* Cic. ad Marium. l. 7. 3. 15.

**TANTVM ABEST.**

Pulcre in oratione dicitur, & idem est quod *Ne-dum*, vel *Non solum*. Jungitur interdum cum gemino *VT* interdum etiam cum uno tantum, & adsumit plerumque *Vix*, aut *Etiam*. Cic. Attic. l. 13. ep. 21. Quod, si autem *VT* geminatur, plerumque adsumit, *Maxime*, *Minime*, *Valde*. Cic. Tusc. 2. *Tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus.* Sorweit fehlet es/ Daß &c. Id. 4. Acad. 55.

**TANTVM NON**, rei non plane peractæ adverbium, idem significat, quod *Ferme* vel *Hoc solum defuit*.

Liv. 4. Ab Urb. 9. *Et quum hostes tantum non accersierint.*

**TANTVM QVOD NON.**

Cic. 3. Verr. *Tantum quod hominem non nominas.*

**TANTOPERE,**

Notæ significationis adverbium, est *Tantum*, tam vehementer, & interdum absolute ponitur Terent. Phorm. 5. 8. 16. Interdum adsumit **QVANTOPERE**, vel *VT* Cic. 1. de Orat. 89. *Neque enim tantopere hanc à Crasso disputationem desiderabam, quam opere ejus in causis oratione delector.* Idem l. 1. Offic. *In quo tantopere apud nostros culta justitia est, ut si, qui &c.*

**TOTIES.**

Adverbium interdum absolute ponitur Cic. ad Attic. l. 7. 13. 13. *Interim velim mihi ignoscas, quod ad scribo tam multa toties.* Aliquando adsciscit **QVOTIES**. Cato. c. 1. 1. *Quoties ibis, toties magis placebis.*



**TUM** adverb. Cicero libentius usurpat, quam  
**TUNC**, & pro **TUNC** usitatus est junctum-  
 que plerumque habet **NUNC**, **CUM**, **CUM**  
**QUAM**.

Terent. Phorm. 2. 1. 12. Cic. Attic. l. 7. 126. 2. Nisi forte  
 hac illi tum ad arma dedimus, ut nunc cum bene para-  
 to pugnaremus. Cic. Quinct. Fr. l. 3. 2. 25. Id. Attic. l. 14.  
 308. 8. Nosque cum multum litteræ, tum non minimum  
 idus quoque Martia consolentur. Cic. Partis. Cui tum,  
 cum jam in armis essemus, consulatus sament & trium-  
 phus amplissimus deferebatur. Interdum **TUM** abso-  
 lute ponitur, pro **DEINDE**. Cic. 1. Orat. 100. ———  
 tum qui scelus fraudemque nocentis possis dicendo sub-  
 jicere odio civium; supplicioque constringere. Nonnun-  
 quam etiam geminatur, & significat *Modo, Modo*. Cic.  
 de Amicit. 12. *Qui non tum hoc, tum illud, sed idem*  
*semper.* Aliquando quoque sæpius repetitur, & est  
*Es*. Cic. 2. de Nat. 74.

### U. UBI.

**UBI** adverb. loci significat *in quo loco*. Terent. Eur.  
 5. 9. 20. *Sed, ubi est frater?* Nonnunquam etiam ad  
 personas & ad numerum multitudinis refertur. Cic.  
 pro Quint. *Neque nobis adhuc præter te quisquam fuit,*  
*ubi nostrum jus contra illos obtineremus.*

**UBI** non raro pro **POSTQUAM** ponitur.

Virg. 2. *Æn.* 159. *Hæc ubi dicta dedit.*

**UBI** plerumque adsumit *Continuo, Extempore, Ibi,*  
*Illico, quamprimum, repente, statim, subito, tum, tum*  
*demum, tum, denique &c.* Harum particularum aucto-  
 ritates, qui postulat, à Lexicographis petat.

**UBI PRIMUM**, *Et baldi adfiscit TVM;*

**ILLICO, ILLINC.**

Cato. 5. 17. *Ubi primum incipiunt discere, tum legè*

H h

opere

oportet. Plaut. Cistel. *Vbi mihi potestas primum evenit, illico feci.* Terent. Eun. 4. 1. 14.

**UBI UBI** compositum; pro **UBIQUOQUE**.

Terent. Andr. 4. 2. 1. *ſam ubiubi eris, inventum tibi curabo.*

**UBI GENTIUM, UBI TERRARUM,**  
amplificandi vim habent.

Plaut. Merc. 7. 91. *Ubinam eſt is homo gentium?* Cic. ad Attic. l. 5. 97. 4. *Eſt mihi nihil eras propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, ubi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem.*

**VELUT** adverbium ſimilitudinis.

Horat. 1. Carm. Ode. 12. 10. *Creſcis occulto velut arbor evo fama Marcelli.*

Cicero in comparationibus & ſimilitudinibus pro velut libentius utitur *quasi*, aut *tanquam*.

**VELUT** cum **SIC**, vel **ITA**.

Cic. 1. Tuſc. *Velut in canu fidibus, qua harmonia dicitur, ſic ex corporis totius natura & figura varios motus cecit.* Colum. l. 3. c. 9.

**VELUT** etiam utitur Cicero, pro Exempli cauſa.

Cic. 2. de Nat. Deor. 184. *Beſtia, qua gignuntur in terra, velut crocodili.*

**VIX** cum **DUM**.

Terent. Phorm. 4. 2. 4. *Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.*

**VIX & VIX DUM** nonnunquam adſciſcunt **CUM**.

Caeſ. l. 6. Bell. Gall. *Vix agmen extra munitiones proceſſerat, cum Galli flumen tranſire non dubitabant.* Cic. Attic. l. 9. ep. 2.

**VIX cum NE DUM**, quod ſemper poſtponitur  
Germ. zu geſchweigen.



*Liv. 4. Bell. Maced. Vix clamorem eorum, ne dum impetum Sueffani tulere.*

**VIX TANDEM, VIX, SED TAMEN.**

Prior locutio longam expectationem declarat: *Terent. Phorm. 2. 14.* Posterior vero superatam rei difficultatem indicat. *Cic. in Pis. Gabinus ipse vix, sed tamen se conlegis.*

**ULTRO.**

**ULTRO** adverb. ab *Ultra* fit, significatque *in super* s. *ultra Virg. 5 Aneid. 11. Nunc ultro ad cineres, ipsius & ossa parentis.* Interdum etiam est *sponste*, à quo tamen *ultro* sic videtur differre, quod *ultro* fit quasi sine requisitione: ut, *ultro ad te veni, i. e. à te non requisitus veni. Terent. Phorm. 2. 3. 13. Vid. Valla Eleg. l. II. c. 57.*

**ULTRO CITROQUE** pro *Mutuo & inter se.*

*Cic. in somnio Sciv. 3. Multis que verbis ultro citroque habitis, ille nobis est conumptus dies.* Aliquando ponitur pro *ultra citraque. Cic. 7. Verr. 134. Ultro citroque navigare. Vid. Valla Eleg. loco supra citato.*

**VNDE** adverbium, non solum ad locum, sed etiam ad personas, & alias res refertur, accipiturque *interrogative & infinitive.*

**VNDE** ad locum *Terent. Eun. 2. 3. 13. Vnde is? Dominatus Vnde, heic interpretatur, pro Ad quid. Ad personas & alias res. Terent. Eun. 1. 2. 35. — è pradonibus unde emerat. Cic. pro Sylla 54. Verbum unde quisquam possit offendi.*

**VNDIQUE** i. e. *Ex omni parte, ad locum proprie refertur, non raro tamen ad alias res adcommodatur.*

*Cic. 7. Verr. 55. Locus septus undique. Cic. 5. de Fin. 123. Honestas undique perfecta atque absoluta.*

**USQUE** cum *A, AB, EX* junctum denotat locum, *Vnde.*

*Cic. in Topic. 20. Usque à capite arcessere. Tarent. Phorm. 2.3.48. Progeniem vestram usque ab avo atque atavo proferens. Cic. 7. Verr. 123. Usque ex ultima Syria atque Aegypto navigarens. Interdum etiam adsumit AD, & significat locum ad quem. Tacit. l. 13. Usque adjunctum teli. vel tempus ad quod. Tacit. l. 19. Ad serum usque diem.*

**USQUE AD EVM**, pro Excepto eo. Usque heic est præpositio.

*Plin. ep. 35. Assenserunt Consules designati, omnes etiam Consulares usque ad Pompejum collegam.*

**PSQUE** pro **ADSIDUE**: **VSQUE ADHUC**, pro **Hactenus**, vel, **Hucusque**.

*Cic. l. 12. ep. 10. Mibi quidem usque cura eris, quid agas. Suet. in Domis. c. 18. Usque adhuc corse animi mentem probastis, & vultum.*

**VSQUE** cum **DONEC, DVM, QVO AD.**

Cum **DONEC.** *Hor. ar. in Art.*

————— *Et usque*

*Sessuri donec cantor, vos plaudite, dicat.*

Cum **DVM.** *Cic. pro Quintil. tr. 45. Usque dum inveniretur.*

Cum **QVO AD.** *Cic. in Brut. Usque eum quo adnuntiatum esset Consules descendisse, omnibus exclusis commentatum fuisse.*

**VSQUE ADEO.**

Interdum absolute ponitur. *Virg. 1. Eclog. 3. Usque adeo turbatur agris. Interdum etiam adsumit VT, vel VII, & tum significat Usque eo, ut. Cic. ad Octa. Quis huic urbi usque adeo est inimicus, ut ista dissimulare posses. Aliquando quoque adsciscit **DONEC**, vel **QUO-***



QUOAD, pro Usque eo; quoad Terent. *Andr.* 4. 1. 38. Cic. pro *Sex. Scis* omnes, usque adeo hominem in periculo fuisse, quoad scitum est sextum vivere, bis man gehöret/ daß &c.

USQUE EO, pulcre copulatur cum UT vel NE, pro Adeo ut, vel ne.

Cic. *Attic.* l. 2. 29. 1. Ego autem usque eo sum enervatus, ut &c. Idem pro *Quinct.* 41. Inferiorem esse patitur duntaxat usque eo, ne cum bonis &c. Interdum etiam easdem, cum quibus Usque adeo junctum est, adsciscit particulas.

### UTINAM.

Adverbium optantis jungitur interdum cum *Certe Profecto, Quidem, Utique.* Quæ enim optamus incerta sunt, & aliquid certius poscunt. Cic. ad *Terentiam* l. 14. 4. 2. Utinam minus visa cupidus fuissens, certe nihil, aut non multum mali vidissens.

### UTIQUE.

Adverbium affirmandi, idem est, quod *Certe, vel Omnino.* Cic. l. 12. 236. 7. Nam & *Silia* satisfaciendum est & utique *Attica*: Nonnunquam etiam significat *Etiam, vel Ig tur.* Cic. *Attic.* l. 13. 271. 1. Illud vero utique scire cupio.



## Tract. III.

De

### CONIUNCTIONIBVS.

A, AC.

Quid differentia sit inter particulam AC & ATQUE paucis me demonstrare par erit. AG ponitur in principiis periodorum, sequente quavis

H h 3

liqui-

liquida, muta & consonante exceptis C. & Q. Tum enim pro AC potissimum usurpatur ET, Virg. 1. *En.* Ac silicis, primum scintillam excudit. Achates AT-QUE ancera usurpatur sequente vocali Terent. Andr. 4. 1. 16. Atque aliquis dicat.

AC POTIUS idem quod IMMO POTIUS.

Cic. Lent. 1. 1. Ego omni officio, an potius pietate erga te &c.

AC pro ET quidem, vel Idque.

Terent. Eunuch. 5. 2. 6.

### AST.

AST conjunctio discretiva, qua Poetae utuntur pro AT. Syllabam brevem, interjectione S, longam facientes. AST vero pro SED apud Oratores, quamvis hac particula etiam usi sint, rarum est. Cic. Attic. 6. 6. Indaga hoc, ut soles, ast hoc magis.

### AT

AT conjunctio discretiva. Terent. Andr. 5. 4. 38. Interdum servit anteoccupationi, quum nempe quid objicimus, statimque objectioni respondemus: & tum ponitur in principiis. Cic. 4. Verr. 39. At mores commodi, quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At hec sine cujusquam malo, quis acerbior? quis insidiosior unquam fuit? Interdum etiam in principiis continuat sermonem, & quoque increpationi servit Cic. 7. Verr. 59. At quemadmodum se induit priore actione Terent. Andr. 4. 1. 42. Hem, quid ais scelus? At, tibi dignum factis existimus diuine. Plaut. Mostel. At te Jupiter Diique omnes perdant, oboluisisti allium. Hic in duobus ultimis locis, ubi luce meridiana clarior adparet increpatione, est particula execrantis. Nonnunquam etiam AT servit exclamationi & implorationi. Horat. Epod. 1. 1. Ode 5. At O Deorum quisquis in caelo regis

terras.



uas, &c. Aliquando utimur *AT*, quando cum admiratione laudamus, vel vituperamus interrogantes, & iam est amplificandi particula. Terent. Eunuch. 3. 5. 41. *Perimplivusum fucum factum mulieri, at quem Deum? qui templa caeli summa sonitu concussit.*

*AT* in medio sermone s. oratione non raro correctioni & subjectioni servit.

Cic. de Orat. *Domus tibi deeras? at habebas: Pecunia superabat, at regebas.*

*AT* pro *ERGO*, vel *QUARE*, sicut *ἀλλά* ap. Græcos.

Ovid. Metam. 2.

————— *Vix me patiuntur, ubi acres  
Incaluere animi, cervixque repugnat habenis.  
At tu, furesti ne sim tibi muneris antor,  
Nate cave.*

Homerus Iliad. A. *Ἀλλὰ πῖ θεοῖ ἐ γῆ ὕμμευ, ἐπεὶ πείθεσθαι ἀμεινον.*

*AT* pro *SALTEM*.

Cato de Re Rust. *Sinon eodem die, at postridie. Interdum usurpatur pro TAMEN. Terent. Andr. 4. 1. 55. Parum successit quod ago, at facio sedulo.*

*AT ENIM* in principiis Periodorum anteoccupationibus servit.

Cic. pro leg. Man. 35. *At enim vir Cl. Reip. & vestris beneficiis amplissimis adfectus.*

*AT ETIAM* est indignantis & irridentis.

Terent. Eunuch. 5. 7. 10. *At etiam primo callidum & disertum credidi hominom.*

*ATTAMEN* pro *sed tamen*, vel *sed si tamen*.

Terent. Andr. 1. 1. 12. *At tamen ubi fides est, si roges, nihil pudes. Aliquando etiam usurpatur interpositis aliquot dictionibus Cic. de Senect. 60. At morositas tamen, & ea qua dixi vitia, habent aliquid excusationis.*

AT VERO pro Autem.

AT VERO plerumque adversatur & ponitur in principio periodi. Cic. ad Pat. l. 9. 22. At vero Piso ille frugi in Annalibus suis queritur.

ATQUE.

ATQUE conjunctio connexiva, plerumque jungit verba & connectit Terent. Adelph. l. 1. 10. Nonnunquam etiam ponitur in initiis sententiarum. Cic. in Part. 42. Atque ii sunt quidem fere quasi quidam habitus animi sic adjecti & constituti, ut sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti. Interdum ponitur pro TAMEN. Terent. Andr. 1. 3. 18. Aliquando denique pro SED servitque correptioni. Cic. Terent. l. 14. ep. 4. Atque ego qui te confirmo, ipse me non possum.

ATQUE conjunct. discretiva,

Non raro orationem continuat. Cic. pro Mil. Atque qui Milone interfecto, Gladius hoc adsequebaris, non modo ut prator esses. Interdum ponitur pro Certe, profecto. Terent. Eunuch. 4. 6. 2. Interdum etiam pro At, At vero, Verumtamen & adversatur, similiter ut At vero Cic. in Tusc. l. 5. 80. Dionysius cum XXV. natus annos dominatum occupavisset, qua pulcritudine urbem, quibus autem opibus pradam, servitute oppressam tenuit civitatem? Atque de hoc homine à bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse ejus in victu temperantiam.

AUTEM.

Conjunctio significans sed, vero, nonnunquam continuat orationem, poniturque pro Et. Quid vero particula autem & vero differentia habeant, quibusque cum particulis jungantur ostendit Valla in de Eleg. l. 1. c. 24.

AUTEM, pro Etiam.

Plant.



Plaut. Truc. 17. 61. *Agite, abite tu domum, & tu autem domum.*

*AUTEM* cum interrogatione.

Conjunctio *AUTEM* usurpanda venit, cum verbum jam dictum repetimus cum interrogacione, corrigentes quod minus nobis dictum videbatur. Cic. Attic. *Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? fecissent autem? imo quid ante adventum matrum non fecerunt?*

C. *CUM.*

*CUM* à nonnullis pro conjunctioe, ab aliis vero pro adverbio temporis usurpatur. Verum nos heic, quatenus conjunctio est, consideramus; *CUM* enim, quando usurpatur pro adverbio scribi debet, ut bene observavit, referente Sanctio in de vocibus Homonym. l. 111. Minerv. Victorinus de Orthografia. *Quum*, aut *Qum*, antiquitus semper *Quom*, non *Cum*. Vid. & Quintil. l. 1. c. de Orthografia *Quom* vero Scioppius in de Syntaxi conjunct. l. 1. part. 11. c. 9. natura sua nomen accusativi casus esse à *Quis*, dicit. Adhibetur tam *indicativo* quam *conjunctivo*, pulchreque junctum habet *Tum*, quæ ambæ particule, licet idem significant, diverso tamen modo ordiantur; nam in *Cum* est quiddam minus; in *Tum* quiddam majus. Fitque hoc duobus modis: Ut, aut generale aliquid præcedat & sequatur speciale: aut ambo sine specialia. Significant vero *Cum* & *Tum* sic posita *Non solum, sed etiam*. Adparet ergo *Tum* poni in re majoris momenti, sicut ipsum *sed etiam*.

*Cum* & *Tum* cum *indicativo*. Cic. *Calio*. l. 2. 13. *M. Fabio Viro optimo & homine doctissimo familiarissime viro, mirificeque eum diligo, cum propter summum*

ingenium eius, summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. Cic. Terent. l. 14. ep. 3. Quare cum dolore conficior, tum etiam pudore.

**CUM, TAMEN**, pro *Et*, quamvis.

Terent. Adelph. 1. 2. 64. Cum placo, adversor sedulo & deterreo, tamen vix humane patitur. Aliquando etiam tamen omittitur.

**CUM**, cum iterato **TUM, TUM**.

Frequentissimum est, cum plura duobus inter se comparantur, & quod postremo loco collocatur, ceteris anteponitur, Cic. l. 9. ep. 15.

**CVM, TVM MAXIME, TVM INPRIMIS**.

Cic. Tusc. l. 4. Cic. 3. Offic. 62. Plena exemplorum est Respubl. cum sepe, tum maxime bello Punico secundo. Cic. Fam. l. 13. Cum mihi multa grata sunt, que tu adductus mea commendatione fecisti, tum inprimis, quod M. Marcellium atq; amici interpretis mei filium liberalissime tractasti. Nonnunquam etiam, **TUM** adscitit **PRÆCIPUE**, & **VEL MAXIME**. Adjunguntur vero hæ particule vehementius adfirmandi gratia.

**CUM & TUM** sæpe junguntur duobus verbis ejusdem modi.

Cic. ad Cons. l. 15. ep. 7. Terent. Phorm. Cum mihi paveso, tum Antipho me excruciat animo. Aliquando etiam junguntur verbis diversorum modorum. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 26. Liv. Decad. 3. l. 2. Cum in hanc sententiam pedibus omnes ivissent, tum demum histore adlatæ sunt.

**CUM IAM**, vel **IAM TUM**, referuntur ad tempus præteritum.

Cic. Fam. l. 10. ep. 10.

**NB. CUM, TUM**, nonnunquam etiam ad tempus



pus futurum referuntur & adsumunt sæpius *DENIQUE*, e. gr. *Cum toga signum dedero, tum undique clamore sublato turbam invadite. Liv. Decad. 3. l. 4. Vid. Valla Eleg. l. 11. c. 22. de CVM & TUM.*

## E.

*ENIM ETENIM* idem quod *NAM, NAMQUE*.

*ENIM & ETENIM* quid differant, iis qui primis, ut dicitur, labris Oratores gustarunt & Poetas, satis superque notum est: *ENIM* post unum aut alterum vocabulum ponitur; nunquam vero, nisi interdum apud Terentium & Plautum, periodum inchoat. *Cic. 4. Verr. 58. Attendite enim diligenter. Plaut. Persa 6. 56. Enim non ibis nunc vicissim nisi scio. ETENIM* autem semper periodum inchoat. *Terent. Andr. 2. 6. 9. Etenim eam secum rem recta reputabit via. Sed Poetæ hoc non semper observant Horat. l. 2. Satyr. 5. 13.*

*Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.*

*ENIMVERO.*

*ENIMVERO* idem significat, quod *CERTE &* aliquando sine indignatione ponitur vehementiusque adfirmat. *Terent. Eun. 2. 3. 37. P. Incommodè hercle CH. Imoenim vero infeliciter.* Interdum etiam cum indignatione & vehementius negat. *Plaut. Amph. 8. 115. Tun' te abuisse hinc negas? Am. nego enimvero. Cic. ad Quint. Fr. l. 1. ep. 1.*

NB. Conjunctio *ENIMVERO* nonnunquam usurpatur pro *Demum. Nimirum, vel Scilicet.*

*ERGO* conjunctio.

Minoribus, ut Valla loquitur, adhibetur conclusionibus, poniturque in principio pro itaque. *Cic. de Amicis. 44. Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & letari bonis rebus, & dolere contrariis. Nonnunquam etiam secundo loco ponitur, & qui-*  
*dem*

dem cum interrogazione pro igitur, Cic. pro Rosc. Amer. Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? &c. Interdum quoque ponitur pro Causa f. Gratia: & quidem semper in medio. Cic. Attic. l. 3. 65. 3. Si quid contra alias leges ejus legis ergo factum sit.

## ET.

ET notæ significationis conjunctio aliquando principis sententiarum servit, Terent. Phorm. 1. 3. 19. Et si tibi res sis cum eo lepore, quocum mihi est, tum senties. Hæc ut Donatus vult, inceptiva conjunctio est. Aliquando etiam connectit sive conjungit similes casus f. tempora & tum connexiva vocatur. Cic. pro Cal. 52. Lux longe alia est solis & lychnorum. Cic. de Orat. 106. Virtus hominibus instituendo & persuadendo, non minis & ubi ac metu traditur. Nonnunquam jungit ET cum QVE. Cic. pro Domo sua. 227. Senatus est summum populi Rom. populorumque & gentium omnium ac Regum consilium. Interdum quoque duo substantiva ad eandem rem pertinentia dividit. Virg. 1. Aneid. in vada & Syrtis. i. e. in vada Syrtium.

## ET indignantis.

Virg. 1. Aneid. 11.

— & quisquam nomen junonis adcreb  
Præterea? i. e. An iustum videretur &c.

ET, ET, interdum iteratur.

Cic. pro Cal. 21. Et copiose & graviter dicere.

ET QUIDEM nonnunquam amplificationi servit.

Cic. 1. Acad. 25. Et eam quidem plenam ac refertam. Aliquando etiam vim vehementius adfirmandi habet. Cic. de Amicit. 67. Rarum genus, & quidem omnia præclara rara.

## ET, pro ID EST.

Nonnunquam, quod supra omissum, ET ponitur pro ID EST. Plaut. Annos natus sexaginta & senex, ETIAM



## ETIAM.

Conjunctio ex *ET* & *IAM*, conflata; Quapropter particula *ET* ei non præponitur, sed ejus loco ponitur *ATQVE*. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 61. *Stultus a quo etiam insanus*. Aliquando tamen *Et*, sed alia interpretata voce, præponitur. Cic. ad Attic. l. 16. 342. 4. *Et illi ostendisti, & vero etiam mihi*. Nonnunquam usurpatur pro *ita* & adfirmandi vim habet. Plin. l. 4. ep. ad Tacit. *Studes inquam? Respondis etiam*. Verum tum a nonnullis inter adverbia refertur.

*ETIAM* sæpius amplificandi vim habet.

Cic. de Cl. Orat. 142. *Probabilis Orator, iam vero etiam probatus*. Aliquando indignandi s. redarguendi vim obtinet. Terent. Eun. 5. 7. *Hem, quid dixisti pessima? an mentisa es? etiam rides?*

*ETIAM* junctum cum *QVOQVE*.

Terent. Hecyr 5. 1. 7. Cum *ATQVE ETIAM* pro summopere, valde. Cic. Attic. l. 8. 163. 5. *Etiams atque etiam te hortor* Cum *NUM*, pro usque tunc, vel usque ad id tempus. Plaut. Pæn. 2. 99. *Neque quicquam cum ea fecit etiamcum stupri?* & deniquecum *NUNC*, pro eo, quod quidam inepte dicunt, usque tunc usque ad hoc tempus, adhuc; Cic. de Orat. 64. *De materia loquor orationis etiam nunc, non de genere ipso dicendi*.

*ETIAM TUM*, pro *ETIAM TUNC*, idem est, quod usque ad illud tempus, s. quod barbari dicunt, usque tunc.

Cic. 4. Verr. 67. *Cum isti etiam sum de Sthenio integra tota res esset*.

*ETIAM* junctum cum *NE* locum in admiratione & amplificatione obtinet.

Terent. Eunuch 1. 2. 63. Cic. Attic. l. 10. 203. 6. *Etiams ne Balbus in senatum venire cogites? Cum Si copulatum*

tura vel absolute, vel sequente *tamen*, *attamen*, ponitur pro *Quamvis* *Est*, & jungitur indicativo & conjunctivo, utriusque augendi habet. *Cic. Attic. l. 4. ep. 2. Quam tibi etiamsi non desideras, tamen missam. Cic. 5. de Fin. 32. Facere omnia aut voluptatis causa, etiamsi eam non consequaris &c.*

*ETSI*, quoniam nullam nobis in jungendo cum aliis particulis difficultatem parit, heic præterimus. Adsumit, ut paucis dicam, *At*, *Attamen*, *Sed*, *Sed tamen*, *tamen*, *Verumtamen*.

## I.

## IDCIRCO &amp; IDEO.

Copulantur cum *NE*, *QUIA*, *QUOD*, *UT*, *Cic. l. 13. ep. 7. Quos idcirco non commemoro, ne de miseris meorum necessariorum conquerens, homines quos nolo, videar offendere. Liv. Decad. 3. l. 8. Cic. pro Ros. Amer. Tacens idcirco, quia periculum metunt. Plant. Merc. 3. 31. Terent. Andr. 4. 2. 7. Cic. Lens. l. 1. 8. 13. Cic. 7. Verr. 18. Idem 6. Verr. 7. Ideo Claudius Pulcher resiste, ut C. Perres auferre posset.*

NOTA. *IDEO* Sanctus in de conjunctionibus l. 3. Minerv. vocat duo nomina, non conjunctionem, quorum utriusque substantivum & præpositionem deesse putat, sequenti ex Cicerone hoc illustrans exemplo: *Nec ideo est Gaditanorum causa desertior: Cujus constructionem hanc dicit: Nec ob id negotium in eo negotio est causa desertior. Verum Cl. Perizonius hoc potius construendum modo putat: Nec id negotium, causa Gaditanorum, est desertior ob ea negotia. vid. loc. supra cit.*

## N.

## NAM.

*NAM* præter vulgatam significationem aliquando



do ingressum rei significat. Terent. Andr. 1. 1. 24. *Et pacto & gnati vitam & consilium meum cognosces, & quid facere in hac re te velim. Nam is postquam exiit ex ephebis, Sofia &c.*

**NAM** in enumeratione postremum locum obrinet.

*Cic. ad Mar. 1. 7. ep. 1. Id. l. 14. ep. 1. Nam quid ego de Cicerone dicam, qui &c.*

**NAM** in interrogando apud Oratores subijcitur, ap. Poetas non semper.

*Terent. Andr. 2. 6. 27. Quidnam hoc rei est? quidnam hic vult veterator sibi? Virg. 4. Georg. 90.*

*Nam quis te juvenum confidentissime, nostras iussit adire domos?*

Heic conjunctio **Nam** ponitur pro **Autem**.

**NE** conjunctio Enclitica dubitationi & interrogationi servit.

*Virg. 11. An. 26. justitiane prius mirer, belline laborum? Terent. Andr. 4. 46. 6. Estne hic Criso sobrinus Chrysidis? NE* Enclitica cum post se interdum junctum, s. subiectum habet *An, Annon, Necne, barbarae*

*Aut. Cic. 1. Offic. 15. Honestumne sit, an turpe, dubitant. Terent. Heaut. 2. 4. 25. Adcone Cliniam, an non? Plaut. Capt. 1. 2. 55. Emittere sne, necne, eum servum manu?*

*NEC.*

**NEC** saepe pro **NON** usurpatur. *Cic. de Lege 15. Senatori qui nec aderit, aut causa aut culpa esto. Nonnunquam etiam iteratur, Cic. pro Ligar. 5. Hac nec hominis, nec ad hominem vox est. Interdum jungitur cum neque.*

*Liv. 7. Bell. Pun. Mors Marcelli tui aliqui miserabilis fuit, cum quod nos pro atate, neque pro veteris prudentia ducis tam improvide esses. interdum adsumit ne.*

*Cic. ad Canin. l. 2. 16. 5. Parvi transferini, necne, prater te video dubitare neminem. Aliquando adsciscit Et. Cic. l. 4. ep. 6.*

**NE-**

## NEQUE sæpius iteratur.

Terent. *Eun.* 2. 3. 2. *Occidi. Neque virgo est usquam, neque ego qui illam è conspectu amisi meo. Non raro etiam jungitur ENIM pro Non enim* Cic. *de Amicit.* 4.4. *Neque enim sunt isti audiendi &c. Cum Et. Terent. Eun.* 1. 1. 32. *Cum NEC, Terent. Phorm. Us neq; mihi ejus sit amittendi, nec retinendi copia, Cum NE pro simplici negatione. Liv. 5. Decad. l. 4. Neque enim ne bis enun- tiationem aperuerat suam. Cum NON. Porro de Ra Rust. l. 1. c. 13, Cum SED. Cic. l. 1. ep. 9. Neque Resp. Con- sules haberet, sed mercatores provinciarum. Et denique cum VERO, quod sæpius ante occupationi servit. Cic. Philip. 2. Nec vero tibi de versibus tuis respondebo. Ali- quando fortius negat.*

## NISI.

Conjunctio composita ex *Non* & *Si* usurpatur in- terdum, ut à trico vulgatoque usu abeamus, pro *Prater*, vel *Praterquam*, vel *Verumtamen*, Cic. *de Amic.* 16. *Nisi in bonis non pisset esse amicitia. Cic. pro Rosc. Am.* 6.4. *Adsciscit sæpius NON. Plant. Rnd.* 11. 20. *Nisi mul- tis blanditiis à me gatta non ferri potest. QVIS, vel SI QVIS pulcre pro NISI ALIQVIS. Cic. Attic. l. 1. 11, 12. Nisi quis nos Deus respexerit. QVOD Cic. Fam. l. 9. Nihil video quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta. Si. Terent. Adolph 4. 3. 3 UT, UT NE. Cic. 4. Acad. 15. Neque nostra disputationes quicquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo & audiendo eliciant. Cic. Attic. l. 13 ep. 20. Aliquando etiam particula NISI jungitur cum FORTE, TAMEN, VERO, quæ cum ea copulata Ionice serviunt. Cic. de Fato 55. Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi. &c.*

## Q. QVANOQVAM.

Conjunctio causalis idem significat quod tamen-  
etis



et si. Terent. Adelph. 2. 1. jungitur sæpius cum **TAMEN**. Cic. 1. Offic. 13. Ea quanquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus adparet. Cum **SED**. Cic. Attic. l. 10. ep. 10. Quanquam ipsum non videram, sed ex familiarissimo ejus audiebam. Adsciscit alia **SED CERTE, SED TAMEN, VERUMTAMEN**. Sed id notius est, quam sic exemplis probare opus.

**QUAMVIS.**

Factum est ex *Quantumvis*, & hoc ex volo & accusativo *Quantum*. Hinc etiam sæpissime pro *Quantumvis* ponitur: Est enim, inquit, Sanctius, veluti concedentis, ut desit, *Faus*, (vel potius, ut Perizonius vult, *Etiamsi*) dato seu posito quod tantum, quantum vis; neque unquam reperietur vox *quamvis*, ubi non possis substituere *Quantumvis*, Virg. *Quamvis multa meis exiret victima sepiis*. Quod si **QUAMVIS** pro *Etiamsi* ponitur, ut Cl. Perizonius vult, adsumit plerumque *Attamen, Certe, Tamen*. Cic. Attic. l. 12. § 52. 4. *Quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es: tamen nisi magna cura tibi esset*. &c.

**QUIDEM.**

Pulcre jungitur nominibus propriis in principiis. Cic. Verr. 6. *In Sicilia quidem cum essem sic audiebam*. Et pronominebus; Sed in medio aut fine magis, quam in initio. Cic. 2. in Catil. 32. *Essent illi quidem desperandi: sed tamen essent ferendi*. Adsciscit sæpe *Sed, tamen, verumtamen*.

**QUIDEM CERTE** pro **SALTEM** subjicitur, rebus dubiis præcedentibus.

Cic. pro Quint. 2. *Qui ut summa haberent cetera, temporis quidem certe vix satis habui*.

**QVOD. Das.**

Eleganter usurpatur antecedentibus particulis

Hoc. Id. Illud. Cic. de Leg. 162. Atque hoc in omni disputatione sic intelligi volo, quod dicam naturam esse &c. Ibid. Illud extremum est, quod &c. Aliquando ponitur pro Quia. Liv. Decad. 1. l. 1. Id minus, quod jam alienis cladi-bus ceciderant animi, certaminis fuit. Nonnunquam etiam copulatur QVOD cum EO, quod conlocatur pro Idcirco. Interdum QVOD adsumit si, & tum jungitur cum cerse, nihilominus, profecto, samen, samen cerse.

## QVO conjunctio.

Interdum absolute ponitur. Terent. Andr. 2. s. 18. Interdum etiam jungitur cum EO, HOC, pro Tanto quanto. Quintil. l. 3. c. 7. 9. Quo minores opes fuerunt, eo maiorem benefactis gloriam parit Cic. 4. Acad. 4. Quo plus prodest, hoc prestantior. Alias QVO pro UT adsumit Idcirco Cic. Attic. l. ep. 17. Quo facilius probaret illa Romanus hominis esse, idcirco &c.

## QVO MINUS pro NE, vel QVANTO MINUS.

Cic. Brut. l. 11. 10. Idem Figulo l. 4. 13. Quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior. i. e. Quantominus.

## S. SI.

Si conjunctio sæpius conlocatur in principio orationis. Cic. pro Cal. 1. Si quis, iudices, forse nunc ad sit &c. Nonnunquam etiam non tantum præponitur sed etiam postponitur, quod fit in pronomibus maxime. Cic. pro Cluent. 21. Atque ea si oblivione non posset, samentiaciturnitate sua tecta esse pareretur. Uturpatur autem interdum pro AN. Terent. Eun. 1. 1. 118. Visam si domi est. Verum hoc non semper fit; verba enim Dubio, Nescio, quero, haud scio, scire velim, aliaque ejusmodi, nunquam, nisi præcedente negatione, SI adsumunt, semper AN, NE, NUMQVOD, UTRVM.

## SI pro ETIAM SI.



*Plaus. Mercat. 14. 4. Decem vocasset si ad coenam  
summos viros, nimium obsonavit. Alias pro QVAM-  
VIS. Terent. Andr. 4. 2. 12. pro QVANDO QUIDEM  
Virg. 6. Aeneid. Si fratrem Pollux alterna morte redem-  
mit, Particula SI interdum etiam copulatur cum CER-  
TE, PROFACTO, TAMEN, VERO.*

*SI MINUS, pro Si non.*

Interdum absolute ponitur *Cic. Offic. 1. 1. Quae ut  
concurrant omnes opsabile est: si minus, plures cause ma-  
ioresque ponderis plus habebunt. Nonnunquam addiscit,  
AT, AT CERTE, CERTE, TAMEN &c. Cic. Fam. 1. 6.  
Eorum desiderium, si non equo animo, ac forti ferat &c.*

*SI QUIDEM.*

*SI QUIDEM, praeter tritam vulgataque signifi-  
cationem, significat Si tamen, & tum semper est di-  
stractum; Plaus. Men. Quem ego hominem, si quidem  
vivo, vita devolvam sua.*

*SIN pro Sed si.*

*SIN ex SI & NE conflatum, nunquam in pri-  
ma parte orationis conlocatus, nisi praecesserit SI.  
Terent. Heayr. 4. 4. 15. Aliquando etiam ponitur non  
praecedente SI, sed in secunda parte, ubi fere duo-  
rum est oppositio. Cic. 3. de Orat. 74. Nunc contra  
plerique ad honores adipiscendos, & ad Rempubl. geren-  
dam nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum,  
nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit, unus e multis  
effert se &c. i. e. Quod si aliquis.*

*SIVE & SEU.*

*SIVE Aliquando semel ponitur. Terent. Andr. 1. 2.  
19. Interdum bis & saepius iteratur. Terent. Andr. 1. 3.  
11. Quint. 1. 11. c. 3. Notandum autem SIVE eleganter  
adhiberi ubi idem diversis nominibus explicandum  
est, v. gr. Diana sive Phoebe eadem est quae luna. Me-*

le Diana aut, vel &c. SEU etiam sæpe absolute ponitur, interdum iteratur, aliquando quoque cum SIVE jungitur. Virg. l. 2. *Aeneid.* Sive dolo, seu iam Troja sic fata ferebant.

## T. TAMEN.

Conjunctio TAMEN haud dubie orta à TAM sæpissime in principio conlocatur. Cic. ad Pœtum l. 9. 59. *Tamen à malitia non discedis*: Nonnunquam præponitur conjunctioni ETSI, & aliis ejusmodi Cic. *Attic. l. 5. ep. 17.* Alias jungitur cum *Cerse, sed, sed cerse.*

TAMEN NE interrogando instantis.

Cic. 7. *Verr. 15. Id. de Nat. Deor. l. 1.* *Tamen ne ista iam absurda defendes?*

TAMEN ETSI idem quod ETSI, & aliquando absolute ponitur.

Ter. *Phorm. 2. 3.* *Metui hic nos tamenesi sedulo dissimulat.* Quod Cl. Perizonius idem esse putat, ac si diceretur, *Metui hic nos tamen, essi &c.* & sensus est, etsi hic sedulo dissimulat, vel sic nos metuit. Conjunctionis TAMEN enim, quæ orta est à TAM & solummodo ejus significatum intendit, si ulum recte consideres, nihil aliud notat, quàm *tò niu'*, vel sic.

TAMEN ETSI aliquando responder TAMEN.

Cic. pro Cal. *Tamenesi probabam ejus eloquentiam, tamen non perimeſcebam.*

## U.

## VEL.

VEL repetitum pro IVMTVM Interdum copulativa conjunctio est. Terent. *Eun. 2. 3.* *Interdum disjunctiva.* Plaut. *Mil. 14. 28* *Vel adest, vel non.* Nonnunquam etiam VEL ponitur pro ETIAM. Terent. *Andr. 3. 2.* Cic. *Attic. Us vel perire maluerit, quam perdere omnia*



omnia. Observandum autem *VEL* pro *ETIAM* adfirmando duntaxat usurpari; negando enim *NEQUIDEM*, aut altera voce interjecta adhiberi solere. Pro *SALTEM*. Terent. Phorm. 2. 1. Pro *VELUTI*. Terent. Eunuch. 3. 1. Et denique usurpatur pro *NAM* in principio sententiæ, servitque tum indignationi. Terent. Andr. 3. 2. *Vel hoc quis non credat, qui norit se, abs se esse ortum.*

*VEL* sæpe jungitur superlativo.

Cic. 4. Verr. 131. *Nam quod in Publicanorum causis vel plurimum aetatis meæ versor &c.*

*UT.*

*UT* conjunctio, cujus significatio notior, quam est exemplis probare opus; aliquando enim, ut paucis comprehendam ponitur pro *QUOMODUM*; & tum adsumit, *ITA* vel *SIC*. Terent. Hecyr. 33. Cic. pro Rosc. Amer. 23. *Nam ut illud incredibile est, mortem oblatam esse patri à filio sine plurimis & maximis causis: sic hoc verisimile non est, &c.* Pro *QUOMODO* cum quadam admiratione Plaut. Capt. *Ut sæpe summa ingenia in occulto latent? & aliquando cum interrogatione legitur. Idem Pers. Ut vales? Pro SICUT*. Terent. Phorm. 1. 2. *Ut nunc sunt mores. Huc referenda Ut nunc est, ut nunc sis, ut nunc habes. UT* denique non raro usurpatur pro *SI SPECTES, UT POTE QUI*. Cic. de Cl. Orat. 14. *Posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. Cic. pro Rosc. Amer. Homo, ut eras furiosus, respondes.*

*UT* Concedentis.

*UT* sæpe est concedentis Germ. *gesetzt*. Horat. 2 ep. 2. 15. Liv. Decad. 3. l. 10. *Ut omnium obliviscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum. Ubi plerumque adsumere solet, Tamen, cerse &c.* Liv. ab V. C. Ex

*Brutius agro, qui ut omnis coleretur exiguus tamen tanto alendo exercitui erat.*

**UT**, nonnunquam adsciscit **UT NE**.

*Cic. ad Car. l. 2. 6. Passivi saepe per litteras &c. non ut decernatur aliquid novi, quod solet esse difficilius: Sed ut ne quid novi decernatur. Alias Ut semel positum adsumit NE pro NE tantum. Terent. Eunuch. §. 4. Interdum etiam adsumit NON pro QUIN. Cic. 1. de Fin. 41. Fieri inquam Triarii nullo pacto potest, ut non dicas quid non probes ejus à quo dissensias.*

**UT**, pro **POSTQUAM**.

*Terent. Phorm. 4. 3. Ut abii abs te sis forte obvians mihi Phormio.*

**UT PRIMUM**, absolute & cum **STATIM** ponitur, significatque simul ac primum.

*Cicer. Verr. 6. Qui us primum in oppidum venit, statim, &c. imperavit.*

**UT MAXIME** idem fere est, quod **ETSI MAXIME**, vel **AD SUMMUM**; exempla sunt quam notissima.

**UT** saepius particula exsecrantis & optantis.

*Terent. Adelph. 4. 6.*

**UT VI**, geminatum est **Vicunque**. s. **Quoquo modo**.

*Terent. Adelph. 2. 2. Nonnunquam jungitur cum Tamen, vel Certe. Terent. Phorm. 3. 1. Nam ut ut erant alia, illi certe, qua nunc domi tua est, consuleres.*

**Tract.**



## Tract. IV.

De  
PRÆPOSITIONIBVS.

A.

A, AB &amp; ABS.

**P**Ræpositiones ejusdem significationis, usutantum differunt: A enim nunquam præponitur dictio- nibus à vocali incipientibus: AB vero non solum vocalibus sequentibus adhibetur, sed etiam conso- nantibus, si nulla asperitas vocis prohibeat, maxime veroliquidis L. & R. interdum etiam, S. *Plaut. Afin. Act. 5. sc. 2. Da puero ab summo. Id. Cist. act. 4. Sc. 1. Cic. Attic. l. 15. ep. 3. ABS* autem sequente Q. ut, *abs quovis homine: & T. ut abs te: nunquam sequente vocali.* Jun- guntur plerumque A & Ab, cum verbis Activis, Passivis & Neutris & causam efficientem significantibus, ut, *Silius l. 6. Lenta proclamat ab ira Apulej. l. 4. Me- tamorph. Sed à gloria non petiuit. Cic. Attic. l. 5. Ali- quando incausa efficiente etiam deest, A, vel AB. ut, Horreo frigore, palleo metu. Plaut. Cas. Mihi inanitate intestina murmurans. Vel, à parte significat, ut Pom- pon. Mela l. 1. c. 21. Urbem Dioscuriada à Castore, & Polluce conditam dicit, i. e. à parte Castoris, nam re- vera Amphitus & Telchius, aurigæ Castoris & Pol- lucis eam condiderunt.*

NOTA. A & AB, sæpius cum verbis passivis construuntur; verum si activum patiens est eju- dem præpositionis, cum passivo sine obscuritate, ut bene monet Cl. Cellarius in de Syntaxi suspecta Antibarb. c. V. & inepti sensus periculo non construuntur. e. gr. *Liberare, red mere aliquem ab hoste. Ma- le horum passivæ formæ adhibetur Ablativus effi-*

cientis cum præpositione, hoc modo : à Christo redemi sumus ; alienus enim propter ambiguitatem exinde fluere sensus, nos à Christo, quod abominandum, abductos, è potestate ipsius ereptos esse. Caute ergo hujusmodi verbis in passiva forma utendum est.

*A*, vel *AB* nonnunquam locum & personam significat, unde &c.

*Virg. 2. Æneid.*

*Et tam Argiva Phalanx instructus navibus ibas ;  
A Tenedo.*

*Terent. Andr. 4. 5.* Interdum usurpatur pro *QVOD ATTINET AD*. *Plaut. Epid. 3. 26.* *Cic. ad Quinct. Fr. 1. 2. 16.* *Plancus Ciceroni l. 10. 15.* *Et Ansonius ab equisantu firmus esse dicebatur.* Pro *POST*. *Cic. Attic. l. 1. 3. 3.* *Quod mihi mandaras, ut primum à suo digressu Romanam veni, confeceram;* *Cic. de Senect. 17.* *Cujus à morte hic XXXIII. annus est.* Pro *PRÆTER*, s. *CONTRA*, teste *Donato*, & idem est, quod *contra commodum* ; *Contrarium* habet *E RE* s. e. *ad commodum* *Plaut. Trinum 52. de amore*, — *subdole blandisur, ab re consult.* Pro *PRO*. *Cic. 1. de Orat. 29.* *Sed vide, ne hic totum Scævola sit à me, i. e. pro me;* Pro *PRŒPTER*. *Liv. 6. Bell. Maced.* *Non tam ab ira, nec ab odio, quam ut miles sentiret.*

*A*, vel *AB* junctum cum certis nominibus, ministros, s. præpositos alicui maneri significat, ut : *A manu*, pro *Scriba*: *Ab epistolis*, pro eo qui epistolis præest, sive ut eas accipiat, sive ad illas respondeat. *A Pedibus*, pro *tervo*, qui pedibus iter faciens, dominum comitatur suum. Ad hunc modum nostra ætate à consiliis formatum est, verum sine omnium auctoritate *Classicorum* ; non tamen ob id è ci-

vita-



vitare Latina rejiciendum, nam sicuti officia mutantur, ita etiam alia substitui nomina possunt. Quicum casu vero jungatur, utrum melius sit à consiliis *alicui*, an *alicujus esse*, adhuc potissimum dubitatur; at tamen sententia Cl. Cellarii & Buchneri in ad Thesaurum Fabri additamenti dicentium, elegantem & antiquam Genitivi esse constructionem, præferenda videtur.

## A D.

Præpositio AD, ut à trito vulgatoque discedamus usu, usurpatur aliquando pro APUD cum personæ accusativo, quo locus citra motum significatur. Cic. *Attic. l. 10. ep. 4. Fuis ad me sane diu.* Interdum cum accusativo significante locum. Cic. *pro Cal. Habet hortos ad Tyberim. Idem 14. Philip. Etiam ad inferos pœnas parricidii luens.* Alias ad personas refertur. Cic. *pro Rosc. Comœd. 26. Eius testis ad judicem fidem infirmabis.* Nonnunquam etiam ad alias res adcommodatur. Cic. *l. 3. de Leg. ad Cantus, & ad Tibicines prosequi laudes honoratorum virorum.*

AD pro IN, PRÆ, POST. sæpius ponitur.

Pro IN. Cic. *1. Philip. 13. Pecunia usinam ad adena opis maneret.* Pro PRÆ comparationi servit. Terent. *Eun 2. 3. Estne ut fertur, forma? P. Sane. CH. At nihil ad nostram hanc.* Pro POST. Cic. *Attic. l. 12. Aut nescio, quid inieris, utrum illuc nunc veniam an ad decem annos.*

AD pro Usque ad.

I. Tempus significat, Cic. *1. de Divin. Ad lucem dormire.* II. Interdum refertur ad summam pecuniæ. Cic. *Attic. l. 5. Ad nummum convenit.* III. Ponitur pro CIRCITER. Cic. *ad Quinti Fr. l. 2. ep. 1. Sane frequentes fuimus ad ducentos. Disi an/ oder in die 200.* Terent. *Heaut. A. 1.*

**AD** non raro usurpatur pro **ADVERSUS**, **SECUNDUM**, **DENIQUE**. vel ut breviter concludam. **QVOD ATTINET AD**.

Pro **ADVERSUS** Cic. ad Cur. l. 2. Ne ad eam meditare, imparatum te offendam. Pro **SECUNDUM** Cecin. ad Cic. l. 6. 7. Ad conjecturam alieni sensus, non ad iudicium suum scribere. Pro **DENIQUE**, alibi in summa. Cic. l. 1. Offic. 207. Ad summam non agam de singulis. Pro **QVOD ATTINET AD**. Liv. Decad. 3. l. 4. Scipio ad seditionum procellas rudis.

**ADVERSUM** & **ADVERSUS** præpositiones non solum in malam partem, sed etiam in bonam accipiuntur.

In malam partem pro **CONTRA**. Terent. Heecyr. Adversus edictum alicujus facere. In bonam vero pro **ERGA** Cic. 1. De Nat. Deor. Est enim pietas, iustitia adversum Deos. Interdum etiam postponuntur, Tac. l. 21. Hanc adversum urbem gentemque.

**ANTE**.

Quum casum regit præpositio est, & jungitur sæpe Accusativo temporis. Cic. 2. de Invent. Multo ante lucem surrexit. Cic. Tiron. l. 16. 5. Loci. Virg. in Bucol. Ante focum, si frigus eris. Personæ. Cic. Terent. l. 14. 2. Nam mihi ante oculos dies noctesque versaris.

**ANTE DIEM CERTAM**, pro ad certam diem.

Cic. Attic. l. 6. Statim dedi litteras, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent.

**C.**

**CIRCA**, i. e. Juxta, prope.

Ad commodatur ad locum. Horat. 1. Carm. Ode 25. Sævis amor circa jecur. Et ad personam. Quintil. l. 7. c. 2. Circa patrem. Rarius ad tempus. Horat. 4. Carm. Ode. 1. 2. Vir circa decem lustra i. e. annorum 50.

**CIR-**



## CIRCITER.

Ejusdem pene significationis præpositio est, & refertur ad tempus. Cic. Appio l. 3. ep. 5. Octavam circiter horam. Et ad numerum. Cas. 1. Bell. Gall. Ita dies circiter XV. iter fecerunt.

## CITRA.

Quoties casum regit præpositio est, & opponitur ei ULTRA. Cic. 6. Philip. 208. Circa flumen educere exercitum. Interdum quoque usurpatur pro INTRA, vel SINE. Colum. l. 7. c. 6. Circa sanctasem dasiaglans &c. i. e. Intra Sueton. in Augusto c. 24. Circa commoda emporiorum præmiorum ex auctoritate legiones.

## D. DE.

Præpositio notæ significationis, interdum idem est quod PRO, vel PROPTER. Cic. 3. Verr. 53. Elebas utique non de suo supplicio, sed pater de filii morte, filius de patris. Interdum ponitur pro POST. Plaut. Mostel. 9. 5. Non bonus est somnus homini de prandio. Nonnunquam etiam usurpatur pro EX, & refertur ad personam. Cic. Fam. Quæsi de mea Tullia quid egisses. Alias ad commodatur ad tempus. Cas. Bell. Gall. 7. De media nocte missus equitatus. Ad locum. Cic. 4. Verr. Palam de sella ac tribunali pronuncias. Et denique ad materiam. Cic. pro Rosc. Amer. Præcepta de re militari dare.

## DE, pro QVOD ATTINET AD

Terent. Hecyr. 3. 3. Cic. ad Lens. l. 1. ep. 2. Cedit religioni de exercitu.

## E.

## E &amp; EX.

Præpositiones nonnunquam causam efficientem indicant. Cic. Anteq. irer. in exil. 16. Ex auctoritate aliorum & voluntate facere aliquid. Sæpe etiam materiam. Virg. 3. Aeneid. Lorica ex are. Interdum ad multum.

ritudinem aut numerum adcommo dantur. Cic. Mem-  
 morio l. 13. 3. Ex intimis unus. Interdum ad partes. Cic.  
 Post l. 9. 23. Laborare ex pedibus. Alias modum indi-  
 cant, Liv. 8. Bell. Pun. Quum ex insperato repente mis-  
 sis nobis hunc P. Scipionem.

E & EX, pro POST, pro secundum.

Cic. Verr. 4. Ex illo tempore à civitatibus laudatio-  
 nem accepit. Terent. Hecyr. Spero hanc rem evenituram  
 nobis ex sententia.

### EXTRA.

Extra, ut à vulgata significatione abeamus, per me-  
 taphoram ad alias res, quæ excluduntur, transfertur.  
 Horat. 1. ep. 19. Extra numerum modumque agere ali-  
 quid. Cic. 7. Verr. 104. Extra culpam esse, pro, vacare  
 culpa. Nonnunquam etiam in exceptionibus ponitur  
 pro PRÆTER, & quidem pulcre & eleganter.  
 Cic. Mario l. 7. 3. Ter. Phorm. Neq; cognatus extra unam  
 aniculam quisquam aderas.

### I. IN.

Præter ritos vulgatosque usus temporis, servit  
 Plaut. Stich. 10. 55. In crastinum diem prospicere. Cic. pro  
 Cael. Dis fraudis poenas in diem reservant. Et distribu-  
 tioni. Cic. Contra Rull. Duodena describit in singulos ho-  
 mines jugera. Idem pro tons. Triturius quaternos dena-  
 rios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit.

IN pro CONTRA, DE, ERGA, INTER, SUB.  
 eleganter usurpatur.

Pro CONTRA Cic. de Amicis. In aliquem aliquid  
 efficere. Pro DE Cic. pro Quinct. In hanc rem me cogno-  
 scitorem dedisti Pro ERGA. Cic. 1. de Orat. Magno amo-  
 re in usum esse in patriam. Pro INTER. Cic. Offic. l. 1.  
 Hoc in magnis viris non est habendus. Pro SUB. Cic.  
 de Orat. Ambulare in sole.



## INTRA.

Præpositio, qua semper uti solemus, quoties casus accedit; cave ergo dicas *intus* vel *intro*, quæ adverbia sunt. Adcommodatur autem hæc particula ad tempus. Liv. 3. Bell. Pun. *Intra paucos dies*. Locum. Cic. Attic. l. 3. ep. 14. *Modum*. Cic. l. 4. ep. 13. *Medice hoc faciam, aut etiam intra modum*. **Ich will ehe weni ger als mehr thun.**

## INTRA pro CIRCA.

Cic. pro Pom. 10. *Nulla intra Oceani ostium navis est.*

○

## OB præpositio.

Significat PROPTER. Cic. Metel. l. 5. 1. Et ANTE. Cic. pro Sest. 38. *Mihi ob oculos exitum versatur.*

## P. PER.

PER præter vulgatos usus alios quosdam magis reconditos habet. Adcommodatur I. Ad tempus. Terent. Andr. 4. 4. *Per tempus advenis*. II. Ad personam. Cic. ad Terent. l. 14. 18. III. Ad modum. Cic. 6. Verr. 27. *Per potestatem auferre aliquid alicui*. Idem 4. Verr. *Per hanc rationem aliquid alicui dare.*

PER interdum est concedentis, interdum jurantis, aliquando etiam obsecrantis.

Per concedentis. Cic. Tusc. *Di gladienur ibi per me licet*. Jurantis. Plaut. Amph. *Per supremi Regis regnum juro, & matrem familias junonem*. Obsecrantis. Terent. Andr. 5. 1. *Per ego te Deos oro, ut ne illis animum inducas credere.*

## PER pro Propter.

Cic. in Pison. 23. *Per Lasrocinium imposta lex.*

## POST.

Notæ significationis præpositio pulcre jungitur cum participio præteriti temporis. Cic. in Verr. *Post judicium*

judicia hac constituta. Interdum adsumit *Quam*, & cum interleri solent nomina temporis. *Cic. Attic. l. 9. Post diem quartum quam ab urbe discessimus.*

*POST*, pro *Pone*.

*Virg. Eclog. 3. 4.*

— tu post caretta latebas.

*PRÆ* idem est quod *ANTE*.

*Terent. Andr. 1. 1. 1. ult. Ipra, sequar.*

*PRÆ* elegantissime ponitur, cum comparationem quandam inducit.

*Cic. pro Rose. Amer. 80. Etiam videtur, iudices, ut omnes despiciat, ut hominem pra se neminem putet. Plautus & Terentius præpositionem hanc PRÆ, in comparatione componunt cum QUAM, aliquando cum UT. Germ. gegen. Plaut. Amph. 8. 2. Parua res est voluptatum in vita, atque in atate agunda pra quam quod molestum est. Plaut. in Menach. 5. 5. Modestior nunc quidem est uerbis pra us dudum fuis.*

*PRÆ*, pro *Propter*.

*Terent. Heaut. 2. 2. Pra gaudio, ita me Dii ament, ubi sim, nescio; Ita simui.*

*PRÆTER*.

Præpositio contrarium habet *ANTE*. *Cic. ad Heron. l. 4. In superioribus libris nihil, neque ante rem, neque prater rem locuti sumus. Interdum tamen idem est quod ANTE, sed motum significat. Cic. 5. Verr. 51. Prater oculos Lolie hæc omnia ferebant. vor den Augen hin. Sæpius etiam hæc præpositio vim excipiendi habet. Cic. Attic. l. 1. Hoc nemini, prater me videtur.*

*PRÆTER* aliquando, inquit Donatus, usurpatur, pro *CONTRA*.

*Terent. Hecyr. 5. 1. Cic. in Pison. 36. Prater optatum illud*



*illud accidit.* Nonnunquam etiam ponitur pro  
**SUPRA.** Cic. 2. Offic. 52. *Præter modum exterreri.*

**PRO.**

**Præpositio,** cui opponitur *contra* Cic. 3. de Orat. 43.  
*Hoc non modo pro me, sed contra me est potius.* Ali-  
quando **PRO** significat *causa, vel propter.* Terent. Eun.  
5. 4. *Ego pæse pro istis dictis & factis scelus ulciscar.* In-  
terdum usurpatur pro **ANTE,** vel **AD.** Liv. Decad. 4.  
1. 5. *Stationem agere pro vallo iussit.* Pro **DE.** Terent.  
Hecyr. 3. 1. Pro **IN.** Plin. ep. 10. *Sedeo pro tribunati.*  
Quintil. 1. 4. c. 4. 7. *Pro concione aliquid agere.* Pro **SE-**  
**CUNDUM.** Terent. Phorm. 2. 2. *Imo enim nemo satis*  
*pro merito gratiam refert.*

**PRO** in comparatione non raro significat.

**SI SPECTES.**

Plaut. Penul. *Pro heri nostri gestu satis ornati sumus.*

**PRO SE QVISQVE,** est. *Pro sua quisq; parte.*

Liv. 6. Bell. Pun. *Pro se quisque conferunt aurum.*

**NB.** **PRO** cum Ablativo eo junctum adsciscit  
sæpius **AC,** Cic. sulph. 1. 4. 5. *Sane quam pro eo, ac debui,*  
*graviter, molesteq; tui ACSI, ATQVE SI QVOD,*  
**QVANTVM** in comparatione, **UT**; Interdum  
etiam **PRO EO** absolute ponitur. Harum particu-  
larum auctoritates omittimus, nulli dubitantes, quin  
L. B. satis notæ sint.

**PROPE.**

Nonnullis **PROPE** præpositio est; verum potius  
adverbium videtur, quasi *pro pedibus,* & accipitur *pro*  
*fere,* aut *proxime*; fuit enim aliquando nomen  
*Propus, a, um.* Legimus quidem sæpius: **Prope**  
*viam: prope vicum: Prope montes castra ponere;*  
*Sed in his omnibus semper deest. AD. ut: Nep. Phoc.*  
*6. 2. Cum prope ad annum octogesimum secunda per-*  
*venis-*

venisset fortuna. Hæc particula jungitur etiam ablativis cum *A*, *AB* & *IN*. Cic. in *Pison.* 20. Prope à meis adibus sedebas. Cic. 4. *Verr.* 5. Prope ab domo detineri. *Liv.* 1. In ipsis prope portis bellum orsum. Vid. Sanctii *Minerv.* cum not. *Perizonii* de partibus orationis l. 1.

### PROPTER.

Plerumque causam efficientem declarat. *Terent.* *Phorm.* 2. 1. Qui sepe propter invidiam adimunt diviti. Interdum etiam finem. Cic. *Attic.* l. 7. 125. Tironem propter humanitatem & modestiam malo saluum, quam propter usum meum. Nonnunquam *PROPTER* usurpatur pro *PROPE*, *JUXTA*, cum status in loco significatur. *Tacit.* l. 2. Propter adem Saturni. Cic. de *Cl. Orat.* In pratulo propter Platonis statuam confedimus. Cum vero declaratur motus, dicendum *PRÆTER*.

### S.

### SECUNDUM.

Omissis vulgaribus de præpositione *SECUNDUM* sensibus, ab aliis sedulo notatis, id dicimus, quod interdum usurpetur pro *POST*. Cic. 3. *Verr.* 73. Adpellabat heredem *L. Anniū*, qui erat institutus secundum filiam. *Id.* 2. *Offic.* 15. Proxime autem & secundum Deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Pro *PRO*. *Sueton.* in *Claud. Cesare* c. 15. Absentibus secundum presentes dabat. Cic. 4. *Verr.* 28. Pro *PROPE*, *JUXTA*, *PROPTER*. *Plaut.* *Rud.* Quid illuc est hominum secundum litus? Cic. de *Senect.* 9. Quid autem tam secundum naturam est, quam sensibus emori?

### SINE.

De præpositione *SINE*, quia notæ significationis particula, tantum id proferamus, quod minus



Latine & Barbare dicatur *sine omni dubio, sine omni necessitate, absque omni dubitatione* &c. Cicero enim, licet Comici interdum habeant *sine omni*, & æquales semper *sine ulla dubitatione, sine ullo sensu* &c. dixere. Vid. Vorst. c. 9.

## SUB.

Præpositio *SUB* utrumque casum regit; & accusativum, cum Locum, situm, tempus significat, & Ablativum, cum jungitur cum voce quietis. Usurpatur interdum pro *STATIM POST*. Cic. Fam. l. 10. ep. 16. *Sub eas litteras recitatae sunt sue.*

NB. Præpositio *SUB* etiam non caret elegantia, cum vulgarem transgressa modum, in alium transit sensum, v. c. *Sub idem tempus*, id est, *Per idem tempus*. *Sub manu*: id est, *In promptu & ad manum*, quod dicitur. *Sub manu*: id est, *Facilior*. *Sub aspectum cadere*: id est, *Aspicere posse*. *Sub sensus cadere*, id est, *Sentiri posse*. *Sub lucem, noctem, vesperam*: id est, *incipiente luce, nocte, vespera*. Sed tantum de præpositione *SUB*.

## SUPER.

Interdum usurpatur pro *PLUSQUAM*. Suet. in Aug. c. 35. *Erant enim super mille, & quidam indignissimi* &c. Idem ibid. c. 38. Pro *DE*. Cic. Attic. Sed super hac re nimis. Id. l. 16. *Hac super te scribam ad te Rhégio.*

## U.

*ULTRA*, pro quo Cato sæpius *Ules* dicit, cum casu præpositio est, significans *PRÆTER, TRANS*; sine casu autem migrat in adverbium.

Cic. 4. Tusc. 59. Ultra modum congredi. Cic. Attic. l. 12. Ultra Silianam villa est, quam puto tibi notam esse. Nonnunquam etiam pulcre & eleganter jungitur cum QUAM. Cic. de Invent. l. 1. Remotum est, quod ultra quam satis est, petitur.

ΣΦΑΪΜΑΤΑ.  
TYPOGRAPHICA.

Pag. 187. l. 30. leg. cujus. p. 215. l. 12. leg. molesta.  
p. 233. l. 23. leg. inservire. p. 264. l. 20. leg. diminutivum. p. 395. l. 17. leg. Rarius cum QUAM apud Ciceronem: apud Cæsarem vero.

Si quæ sunt plura, B. L. quæ typus admisit, menda, ipse pro candore tuo corrigas & emendes, rogo.



PROSODIA LATINA

ET

ARTIS METRICÆ

ELEMENTA.

EDITIO SEXTA.

PROLOGUS LATINA

ARTIS METRICE

ELEMENTA

AD P. P. P.

JOH



ris, v  
dilige  
tis poe  
de Ped  
carmin  
tum, g  
gēis :  
ge de  
e wene  
coris in  
collaio  
verit, t  
statum  
tum, q  
pvi, pa  
que co  
i fere





# JOH. HENRICUS FLORINUS

benevolo Lectori.




Isto tibi iterum, *benevole*  
*Lector*, Prosodiam Philippo-  
 Raméam; sed plurimis in lo-  
 cis auctam, perspicuis exem-  
 plis passim illustratam, atque  
 a mendis, quas prioribus edi-  
 tionibus nostris, vel descripto-  
 ris, vel typothecæ affuderat incuria, ut fieri potuit  
 diligentissimè, repurgatam: additis à fine lecta ar-  
 tis poëticæ latifundia rî è mensuro scitu necessariis  
 de Pedibus, Figuris poëticis atque usitatoribus  
 carminum, Musarum alamanis subinde pangendo-  
 rum, generibus; imò omnibus meliori oratione di-  
 gentis: Id quod Prosodiæ Philippo Raméæ, in-  
 genuè & ἀπεθωπολήτως, pro bono publico studio-  
 sæ juventutis, citra tamen cujusquam famæ aut  
 honoris imminutionem, cum hac monstrâ, insticu-  
 ta collatione evidentissimè patet. Quid me im-  
 pulerit, ut laborem istum, tot ac tantarum diffi-  
 cultatum nodis innexam susceperim, ante sexen-  
 nium, quo priori editioni adornandæ manum ad-  
 movi, paucis exposui: nimirum obscura nimi-  
 umque constricta operis istius poëtici brevitatis,  
 quâ ferè innumera studiosæ juventutis scitu ne-  
 cessaria.

cessaria, utpote sine quorum cognitione ad artis  
 hujus culmen pervenire nequit, sicco, quod ajunt,  
 pede præterita deprehenduntur. Ut jam non di-  
 cam de *σφάλμασι* & mendis, quæ hinc inde ir-  
 repere ( ut cum sex duntaxat à communi regulâ  
 excipiuntur Præterita, primam corripientia, omis-  
 so septimo *stiti*, pag. 10. *Cor*, apud Poëtas syllaba  
 anceps, annumeratur monosyllabis longis, pag.  
*ead. En.* Poëtis semper porrectum dicitur corripì,  
 pag. 12. Tertia in *depeculor* longa ponitur brevis,  
 pag. 68. &c. ) Musarum alumnos ab intentæ perfe-  
 ctionis calle abducentibus. Occurrunt etiam non  
 pauca in ipsa Grammatica & Syntaxi, quæ limam  
 merentur: Ut *homo* & *fur*, quæ generis com. sunt,  
 masculinè posita, pag. 24. 42. & 5. Item *Etesia* &  
*mastix*, quæ generis masc. gaudent, fœminis annu-  
 merata, pag. 32 & 41. Sic *Dipondus* pro *dipondius* pag.  
 36. *Ardor* pro *ador*, pag. 42. *Unique carnis* pro *uni-*  
*que cornis* (quod per *tmelin* dicitur, pro & *unicornis*)  
 pag. 43. *Sponte, verberare* monoptota pag. 49. quæ cum  
 etiam dicatur *spontis, verberis*, potius diptota sunt.  
 Sic *mando, mansi* pro *mandi, perpensi* pro *perpendi*, *ex-*  
*pensi* pro *expendis*, *cacias* pro *cecidit*, pag. 88. Sic quo-  
 que perperam inter conjunctiones postpositivas re-  
 feruntur *equidem* & *interea* pag. 130. Quemadmo-  
 dum & nullâ nititur veritate, quòd *erubesci* regat  
 Genitivum, pag. 154. Exemplum, quod adducitur,  
 unicum est Curtii lib. 5. cap. 5. *Dignum esse omni ma-*  
*lo, qui erubesceret fortune*. Sed pravatam scriptu-  
 ram expunxit obelus Criticorum, qui jam pridem e-  
 dunt, *erubesceres for:uita*. Verùm hæc & hisce simi-  
 lia, quæ nullo negotio adhuc adduci possent, à no-  
 bis hætenus inter docendum observata, cum pro-  
 priè



prie non sint hujus fori, industriorum Præceptorum ἀκεβεία relinquimus. Quicquid sit, nihil hic actum ad pompam, vel existimationis gloriam; sed ad utilitatem duntaxat studiosæ juventutis. Si quid humani hic passî sunt ii, quorum opera opus istud Grammaticum Philippo-Raméum in lucem prodit (quamvis non pauca τέτων ἔσφαλμάτων, vel descriptoris, vel typhotæ incuriâ irrephisse, à vero alienum non videatur) facilem tamen veniam sibi impetrabunt ab iis, qui intelligunt, quanti laboris sit, vero Grammatici officio fungi, atque tot antiquitatis monumenta animo complecti. Tu interim, *Lector benevole*, in primis verò vos, *Præceptores doctissimi*, operam hanc meam, juventutis vobis commissæ studiis promovendis destinaram boni consulite. Ceterùm cum non consuetum sit, ut tenera discipulorum ingenia omnibus iis ediscendis mox à limine obruantur, ne discendi ardor in illis extinguatur, ea, quæ pro captu tyronum omitti possunt, profectionibus tantùm inculcanda, asteriscis notavi; quod prudentiæ vestræ, & laboris mei fructum Deo committo. Scripsi Herbörnæ ipsis Calend. Novemb. 1689.



# PROSODIA.

**P**rosodia est, quæ docet quantitatem syllaba-  
rum.

[*Latine accentus ex ætate ad Græcæ cantus.*]

**Q**uantitas est, quæ syllaba brevis, aut longa, aut  
communis dicitur.

**S**yllaba brevis est, quæ constat unico tempore, hoc  
est quæ citius pronuntiatur, & si opus est, notatur  
in vocali hoc apice *v*.

**L**onga est, quæ constat duobus temporibus, hoc  
est, quæ cum morâ quâdam pronuntiatur, eaque, si  
quid opus sit, in vocali notatur hoc apice *-*.

**C**ommunis syllaba est, quæ modò brevis, modò  
longa est.

**S**yllabæ quantitas cognoscitur *Regulis & Exem-  
plis.*

**R**egulæ generales sunt & speciales.

## REGULA GENERALIS I.

**P**ositio syllabam producit: estque cum post voca-  
lem duæ consonantes, ut, mensa, scammum; aut una  
duplex posita est, ut existunt, gaza.

## APPENDIX I.

**S**i altera consona occurrat in fine præcedentis, al-  
tera ab initio sequentis dictionis, vocalis nihilominus  
producitur: Ut, Cantabit vacuus coram latrone via-  
tor. Hic i in voce cantabit, & u in vacuus, & a in  
coram longa sunt positione duarum consonantium:  
quamvis sint in diversis dictionibus.

AP-



APPENDIX II.

- \* Manet etiam quandoque vocalis longa, si in principio sequentis dictionis duæ consonantes fuerint,
- \* aut una duplex: ut *Ovid.*

\* Nil opus est morte pro me sed amore fideque.

\* Nulla fuga ratio, nulla spes: omnia muta.

\* Frequentius tamen corripitur: ut *Ovid.*

\* In scilio Phœbus claris lucente smaragdis

\* Vivere spe vidi, qui moriturus erat.

APPENDIX III.

Item jod inter duas vocales longum est, ut duplex: Ut, *ais, hujus, pejor, rejicio* Quod tamen corripitur in compositis à iugum: ut, *bijugus, quadrijugus.*

EXCEPTIO I.

Muta cum liquidâ r vel l post vocalem naturâ brevem in eadem syllaba (nam in diversis syllabis id locum non habet: ut *offigo, obruo, &c.*) facit syllabam accipiendam in carmine (in solutâ autem oratione perpetuo corripitur) ut *Ovid.*

*Et primo similis volucris mox vera volucris.*

*Nox tenebras profert, Phœbus fugat inde tenebras.*

Vocalis autem natura longa nunquam corripitur, licet muta cum liquidâ sequatur: ut, *aratrum, volatrum, involucrum, salubris matris, atri, aeris &c.*

EXCEPTIO II.

\* In Græcis M & N etiam liquescunt: ut, *Tecmessa,*

\* *Progne, Cygnus.*

EXCEPTIO III.

\* Corripitur quoque vocalis ante Q & V cum vocali: ut, *aqua, aliquando, aliquis &c. equus*

[Attendendum interim diligenter, an in iis etiam, ubi vocalis brevis precedit, idonei scriptoris, qui syllabam producat, occurrat auctoritas. Nec enim in genitrix temerè produxerim penultimam.]

REGULA II.

10 Diphthongus omnis longa est : ut, *Cesar, caena.*  
EXCEPTIO I.

In *pra* tamen, sequente vocali, diphthongus corripitur: ut, *praecognus, praestus, praeseupo, praepro, praecos* quod tamen etiam à Statio producitur.

-- Cum *vacuus domino Prairet Arion.*

EXCEPTIO II.

\* Corripitur etiam quandoque Graeco more diphthongus finalis, cum sequens dictio à vocali incipit: ut *Virgil.*

\* *Insula Jonio in magno, quas dira Celeno.*

\* *τάρπηγ, colunt alia &c.*

EXCEPTIO III.

*Ma* In *Mæotis* est anceps: ut *Prop. & Ovid.*

*Mæotis Danaum Pentefilea rates.*

*Longior antiqua visa Mæotis hyems.*

[Diphthongus ex *δῖς* bis *ϕθόγγ* sonus quod est à *ϕθόγγου* loquor. Diphthongus ergò dicitur, cujus geminus est sonus. Etsi autem *ϕθόγγ* est gen. masc. diphthongus tamen est gen. communis. (Nec hoc admiratione dignum: Composita enim non semper retinent genus suorum simplicium, ut *τόμ* quidem masculinum, sed *ἀτομ* fœmininum est) Nec est, quòd dicas, utrumque ergo rectum esse: omnis diphthongus longa est. Et omnis diphthongus longus est: Id enim tum demum veritas congrueret, si diphthongus esset substantivum gen. communis. At cum sit adjectivum, fœmininum est, si ei substantivum fœmininum, quale est syllaba, sub voce diphthongus passim intellecta, additur.

REGULA III.

11 *Crasis* sive contractio syl' abam producit, ut prima in *côgo* ex *eoago*, in *nôlo* ex *non volo*: in *mâlo* ex *magis volo*. in *bôbus* ex *bovibus*, secunda in *tibicen* ex *tibūcen*. Sic *nil* ex *nihil*, *mî* ex *mihî*, *obit* ex *obis*, *dêrat* pro *dêrat*.

AP\*



## APPENDIX.

- \* Quorum ultima syllaba contrahitur, vel per  
 \*apocopen abjicitur, ea nihilominus retinent ac-  
 \*centum in eadem syllaba, in qua fuit, integra di-  
 \*ctione, etiamsi illa sit brevis: ut, *Mercuri, Virgili,*  
 \*pro *Mercurus, Virgili* vel *Virgiliæ*. Quod recentio-  
 \*res scribunt I. majuscula.

[Nigridius tamen apud Gellium accentum in hic in anteceden-  
 tem syllabam transferendum autumat. Nec videtur id à  
 vero alienum; cum voces penultimam brevem habentes,  
 veluti *Mercuri, Virgili*, antepenultimam acuant. At ve-  
 rò hanc regulam in us, qua apocopen aut synaresin patiun-  
 tur, locum habere, est quod negamus.]

## REGULA IV.

- 12 **Vocalis ante vocalem brevis est in Latinis: ut,**  
*Deus, meus, tuus, suus* *corripitur*

[Puta ante vocalem sequens syllaba; non eundem; ut in  
 diphthongo, qua longa est.]

## EXCEPTIO I.

- E.** Inter duo *ii* in Genitivis & Dativis quintæ de-  
 clinationis producitur: ut, *dici, speciei*.

[Huc cum non *speciostre*, *spei*, *fidei*, e ante *i* corripunt. Lu-  
 cretius tamen *veji dixit*. e producto: quomodo *Geji* apud  
 eundem occurrit, pro *ei*.]

## EXCEPTIO II.

- Genitivi pronominum in *ius* penultimam habent  
 communem in versu: ut, *solius, illius, unius, totius*:  
 sed extra versum semper producuntur. At

*Corripit alterius, semper producit alius:*

*A patrio ut possis casu discernere rectum.*

- Penultima tamen in utrius, neutrius & alterutrius  
 fere producta legitur.*

## EXCEPTIO III.

- sio, sibi, suam* i ubique producunt: ubi autem  
 r in verba *sio* occurrit, syllabam b eadem censeto. ut

*Omnia jam fieri, fieri qua posse negabam.*

## EXCEPTIO IV.

- \* In *Aulai, terrai, Lundai*, & similibus Genitivis pri-  
\* scis penultima quoque producitur: ut *Virgil.* &  
\* *Enn.*
- \* *Aulai in medio libabant pocula Bacchi.*
- \* *Lundai portum est peræ co noscere ius.*
- \* Hac etiam refer *Cai, Pompei*, & similes Vocati-  
\* vos: ut *Martial.* & *Ovid*
- \* *Quod peto da Cai, non peto consilium.*
- \* *Acope Pompei deductam carmen ab illo.*

## EXCEPTIO V

Eheu producit pariter primam: eadem autem in  
Ohe & Diana anceps est.

## APPENDIX.

*Aer, chorea, platea, dius, Menelaus, Archelaus*, &  
alia hujus generis, quæ vocalem ante vocalem pro-  
ducunt, Græca sunt.

[Ratio, cur hæc & idgenus alia vocalem producant, nemini,  
qui Linguam Græcam vel per transennam introspexit,  
non est obvia. Quæ per *n* vel *æ* scribuntur, vel Græcè *es*  
habent ante vocalem, non possunt Latine non esse porre-  
ta: Vt *Troes, Aneas, Centaurea, Galatea, Medea* &c.  
Item *Basilus, Darius, Eugenius, Clio, Elegia, Antio-  
chia, Iphigenia* &c.]

- \* Et tamen in *chorea, platea*, interdum à Poëtis cor-  
\* ripitur, ut *Virgil.*
  - \* *Pars pedibus plaudunt, choreas & carmina dicunt.*
  - \* Eous etiam primam habet communem.
- [Nec latet ratio: Græcè enim *εως, ηως, ιως & ηως* scri-  
buntur.

## REGULA V.

**B** Derivativa dictæ sequitur quantitatem primitivæ:  
ut, *natura* à *natum*, *momen* à *motum*, *jumen-*  
*tum*



tim à jutum &c. Hæc priorem producant, quia in eorum primitivis prior producitur.

Eadem de causa etiam produc secundam in argumentum & rudimentum à lupialis argutum & erudicum. Item in saluber à salute, in affinitus ab affinis, in valetudo à valere, in mol men à moliri, in verecundus à vereri, in colabra à do atum, & tertiam in redimiculum à redimire.

Contra corripit primam in amabilis, honorabilis &c. Et secundam in conditor & reditus &c. quia eadem in amò, honoro, conditum, reditum brevis est.

[De secunda in sempiternus Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est. Cl. Vossius censet, eam produci, cum sit ab æternus. Verum eandem rectius corripit pater ex hoc Præsentis veru; Relegendus olim sempiterno judici. Ratio ab ætymologia allata non stringit: Quandoquidem mutatum non manet idem. Integer componitur ex in &eger, litera vphantia inæta interposita, & tamen Horatio aliisque quæ secunda corripitur. Idem obtinet judicium in æterno tanquam æterno dicto; & in prima verbi jubeo, quasi jus habeo.]

EXCEPTIO I.

Brevis sunt à primitivis longis, dicax à dico, lucerna à luceo, dux ducis à duco, acerbus à acer, sopor à sopio, bubulcus à bubus, coma à como, molestus à moles, sagax à sagio, vadum à vado, fides à (a) fido, odium ab (b) odi, mamilla à mamma, & plura alia, quæ usus docebit.

[a. Cicero aliter etymologizet. Deducit namque fides à fio: Sed omnino, ut prius à vado, ita fides à fido descendit. b. Nisi dicere malis, antiquum præsens odio primam corripuisse; atque exinde odium eandem retinere quantitatem.]

EXCEPTIO II.

Longa sunt à primitivis brevibus, laterna à lateo, lex legis à lego, rex regis à rego, vox vocis à voco, humanus ab homo, sedes à seaco, tegula à tego, litera à (a) litum, secius à scus, nitela à nitet, & alia, quæ usu melius discantur.

[a Pri-

[à Prisciano lib. 1. *litora dicitur quasi legitima, eo quod legendi iter praebeat.*]

## EXCEPTIO III.

- \* Communia sunt à primitivis longis, pugillus pu-
- \* gillaris à pugnis, stabellum à stare, status à stare,
- \* victum à vievi.

## APPENDIX.

- \* Quaedam ad differentiam significationis aut deri-
- \* vationis alia atque alia quantitate efferuntur, quo-
- \* rum plurima his continentur versibus;

- \* Tribula grana terit, tribuli nascuntur in agris.
- \* Populus in sylvis, populus reperitur in urbe.
- \* Est acer in sylva, equus acer olympia vincit.
- \* Tristia futur annus, sed ventrem desicit annus.
- \* Dum finit hora, canes: effæto tempore canes.
- \* Grandevique canis candescunt tergora canis.
- \* Et parere uxorem desit Et parere marino.
- \* In sylvis lepores, in verbis quere lepores.
- \* Hunc pendere decet, qui furtum pendere debet.
- \* Sylva vetus cecidit, ferro quam nemo cecidit.
- \* Oblitus est vino, sed non oblitus amoris.
- \* Oblitus decoris violat prescripta decoris.
- \* Levis adhuc puer est, levis autem sermo puella.
- \* Das propago merum, surgit de paire propago.
- \* Sæpe rigat malas lacrymis mala femina moestis.
- \* Mâlo mihi puerum malo decerpere malum.
- \* Carmina scripta dico, cui nunquam nomina dico.
- \* Plura refert dominus, servi qua discere refert.

Haecenus regulæ generales: sequuntur jam speciales, quarum alia ad primas & medias, alia ad ultimas syllabas pertinent.



DE PRIMIS ET MEDIIS SYLLABIS.  
REGULA SPECIALIS I.

14 Compositio ostendit primæ syllabæ vocis simplicis quantitatem per accentum: Sic, quia dicimus *improbus*, & non *impròbus*, cognoscimus pro in *probus* corripi: item, quia dicitur *impìrus*, & non *imputus*, colligimus, *pu* in *pirus* produci.

## EXCEPTIO I.

Breviabis tamen composita, *cognitum* & *agnitum* à *nosum*, *nihilum* à *ne* & *h. lum*, *innuba* & *prenuba* à *nubo*, *dejero* à *pejero* à *juro*, *semisopitus* à *sopio*, *causidicus* & *veridicus* à *dico*.

## EXCEPTIO II.

\* *Imbecillus* secundam producit, etsi prima in *baculus* corripitur. Itidem participium *ambitus* secundam habet longam contra naturam supinæ, cui se potius conformat nomen *ambitus*, eandem corripiendo.

## EXCEPTIO III.

*Connubium* verò à prima longa verbi *nubo*, secundam habet communem: ut *Virgil*.

*Connubio junqam stabili propriamque dicabo*  
*Hectoris Andromache Phyrhin connubia serva?*

## APPENDIX.

\* Servatur etiam (a) plerumque quantitas, quamvis vocales mutantur: Ut, *eligo* à *lego*, *collido* à *lalo*, *exquiro* à *quero*, *obedi* ab *audio*, & sic deinceps.

[a. Hoc enim non ubi vis obtinere vocabula sempiternus, æviterius, integer &c. de quibus paulò antè dictum, & vincunt.]

## REGULA II.

17 Præpositionum in compositione aliæ breves sunt, aliæ longæ.

Ab

|        |      |           |   |              |
|--------|------|-----------|---|--------------|
| Ab     | ]    | Abeo      | ] |              |
| Ad     | ]    | Adeo      | ] |              |
| In     | ]    | Ineo      | ] |              |
| Ob     | ]    | Obeo      | ] |              |
| Per    | ]    | Pereo     | ] |              |
| Re     | >ut< | Redeo     | > | Breves sunt. |
| Sub    | ]    | Subeo     | ] |              |
| Circum | ]    | Circumeo  | ] |              |
| Ante   | ]    | Antefero  | ] |              |
| Super  | j    | Superaddo | j |              |

Breviatur etiam prima in *aperio*, *operio* & *omitto*: *omentum* tamen priorem producit.

[Primum est ex *ab* & *perio*; alterum ex *ob* & *perio*; tertium ex *ob* & *misto* b extruso: ceteroquin prima, quæ nunc corripitur, producenda esset.]

EXCEPTIO.

Refert tamen pro interest *Re* producit: ut *Virgil*.  
*Neque enim numero comprehendere refert.*

- \* Interdum etiam *Re* producitur à *P* cœnis, geminan-
- \* de consonantem: ut *reppers* pro *referè*, *reppali* pro
- \* *repùli*, *rettuli* pro *retuli*, *religio* pro *religio* &c.

[Cum *Re* in *refert* producitur, non à præpositione *ro*, sed à substantivo *res* proficiscitur.]

16

|        |      |          |   |             |
|--------|------|----------|---|-------------|
| Contra |      |          |   |             |
| A      | ]    | Amitto   | ] |             |
| E      | ]    | Emitto   | ] |             |
| De     | ]    | Demitto  | ] |             |
| Di     | >ut< | Dimitto  | > | Longæ sunt. |
| Pro    | ]    | Promitto | ] |             |
| Se     | ]    | Sepono   | ] |             |
| Tra    | j    | Tiado    | j |             |

EXCEPTIO I.

*Di* tamen in *dirimo* & *disertus* corripitur, ut *Virgil*.  
*Ceds*



PROSODIÆ.

*Cede Deo, dixitque & pralia voce diremit.  
tæcundi calices, quem non fecere disertum.*

*Pro etiam in multis corripitur: ut profugus, profi-  
scor, profectus, profectò, procella, profundus, profestus,  
profanus, protervus, profari, profiteor, pronepos, pro-  
ceptis.*

\* Sic apud Græcos plerunque: ut propheta, Propon-  
tis, Prometheus: At propola, prologus, prologium pri-  
mam producant.

\* In quibusdam vero commune est: ut procuro,  
\* propinquo, propello, profundo, professus, profugio, propago,  
\* procumbo, precreo. & Græcum prodromus.

[Intellige propago verbum: nam propago nomen signifi-  
cans genus primam corripit, notans verò vitæ, eundem  
producit.]

APPENDIX.

De

*Compositis sine prepositione.*

I.

In A.

Si prior pars compositi A vocali terminetur, lon-  
gæ est: Ut quare, quatenus, quæcunque, quapropter.

II.

In E.

In E exentia sunt brevis, idque & in prima syl-  
laba; ut nefas nefandus, neque, equidem, tredecim tre-  
centi: Et in secunda; ut, liquefacio, tepefacio, creme-  
facio, mædæfacio, valedico: Et in tertia; ut, hujusce-  
modi.

EXCEPTIO.

\* Prima autem contra producit in nequis, ne-  
\* quam, nequaquam, nequæquam, nequando, memet,  
\* mecum, tecum, secum, sedecim: ut & secunda in vide-  
\* licet, vensificus.

[Va-

Valedico conjunctum scriptum secundam corripit: *divisim autem verbo dico adjectum, eandem producit: Vt apud Ovid. Sape vale dicto, tursus sum multa locutus. Quamvis caseroquin secunda in vale sit anceps, de quo infra.]*

## III.

In I.

In I. terminata etiam corripuntur: ut prima in *bicolor, tricolor, bivism, trivium, siquidem, biceps, triceps: Secundas in omnipotens, candidus, totidem, paritida, artifex, aliger, &c.*

## EXCEPTIO I.

Produc autem ea, in quibus I pro genere & casu mutatur: ut, *quidam, quivis, quilibet, candidem, quicunque, qualicunque, unicuique, reipublica.*

Idem masculinum priorem producit. sed idem neutrum eandem corripit: ut, *Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.*

## EXCEPTIO II.

\* I longum etiam habent *ibidem, ubique, ubivis, utrobique, siquis, triceni, tricesimus*: sed in *ubicunque* sequitur quantitatem simplicis *ubi*, id est, corripit & produci potest.

## EXCEPTIO III.

\* Producent quoque I composita *ex dies merities, biduum, triduum*, sed in (a) *quo idie* est anceps.

[a Errat proinde Emmanuel Alvarus, dum I in *quotidianus* producit.]

## EXCEPTIO IV.

\* In quibus crasis aut sineope obtinet, pariter I longam censebis: ut, *sicet, scilicet, pridie, postridie, biga, quadriga, nemtrum.*

## IV.

In O.

20 In O desinentia in compositione producentur: ut,



ut, quandoque, quodocunque, aliqui, introduco, controversus, utrobique.

EXCEPTIO.

Corripitur tamen in hodie, quoque, quandoquidem, bardocuculus, sacrosanctus.

\* Et in Græcis per omicron: ut, Cymothoe, Carco-  
\*phorus, Argonauta. Quæ verò per omega Græci  
\*scribunt, & producant: ut, Geometra, Lagopus.

V.

In U.

Quæ in U. terminantur, brevia sunt: ut, *dependi- 21*  
*us, ducenti, quadrupes.*

VI.

In Y.

Ac similiter, quæ apud Græcos terminantur litera *22*  
Y: ut, *Polydorus*

REGULA III.

Præterita & supina dissyllaba priorem producant:  
ut, *vidi, visum &c.*

¶ Septem præterita *dedi, steti, stiti, bibi, sci-*  
*di, tuli, (a) fidi*  
[a. Intellige à findo: nam confidi pro confisus  
sum secundam producit.]

Excipe ¶ Item novem supina *datum, ratum, (a)*  
*citum, rutum, satum, scum, citum, litum,*  
*quitum* Et sic composita & derivata, præ-  
ter participium (b) *ambitus a um.*

[a. Scilicet à cico: citum enim è cico primam producit. b.  
Nam ambitus substantivum secundam corripit e us alibi  
dictum.]

APPENDIX I.

A supino *statum* alia priorem producant: ut, *sta-*  
*turus*: alia breviant: ut *status, us, status, a, um*

b

AP:

## APPENDIX II.

Cum prima syllaba præteriti gemisatur, eadem & secunda brevis est: ut *coegi, cocini, peper.*

## EXCEPTIO.

Excipe *cecidit* à *cado*, *pepedit* à *pedo* & ut & ea, in quibus duæ consonantes sequuntur: ut, *momordi, tenendi.*

[Pro *cecidit* quidam scribunt *cecidit*; sed *perperam*: cum a in *cado* obvium mutetur in I; prior autem syllaba sit ex augmento: ut sit in *sefelli* & aliis. Unde & prima corripitur, *Lucan. lib. 4. Donec venuerunt castra, cecidit.*

## APPENDIX III.

\* In præteritis & supinis polysyllabis citra geminationem judicatur quantitas primæ syllabæ ex quantitate primæ præsentis. Sic prima in *vocavi* & *vocatum* corripitur: quia prima præsentis in *voco* brevis est: contra *fucavi, fucatum* producitur, quia prima in *fuso* longa est.

## EXCEPTIO.

\* Excipe *posui, positum* à *pono*, *solutum* à *solvo*, *volui*: *tum* à *volvo*, *genui, genitum* à *gigno*, *posui* à *possum*.

## APPENDIX IV.

\* Penultima præteriti & supini polysyllaba in *si* & *ti, sui* & *ium* terminata producitur: ut, *divisi, auditus, divisum, auditum*.

## EXCEPTIO.

\* Excipiuntur supina *itum*, non descendencia à præteritis *ivi*: ut *bibitum, habitum* &c.

## REGULA IV.

Quantitas penultima usu est observanda: is enim docet, penultima in *columen, unedo, dabam, dabo* & illis corripit, contra produci eandem in *anticus, possens*.

\* Aste penultima, ubi fieri potest, redigenda est ad



\*ad penultimam diminutionem: ut *legebamus, legebam,*  
 \*sermonibus, sermoni &c.

APPENDIX.

Futurum subiectivi in *imus* & *itis* penultimam  
 habet communem: Ut *Ovid*

*Hac ubi dixeritis, seruet sua dona rogata.*

*Es maris fontis transferitis aquas.*

DE ULTIMIS SYLLABIS.

REGULA SPECIALIS I.

In e, y, b, d, l, m, r, t, is, us, finita corripuntur 23

EXCIPE I.

Monosyllaba hæc producuntur; *me, te, se, sal, pol, sol,*  
*nil, par cum compositis: far, lar, nar, ver, cur, fur, glis,*  
*is, sis, vir nomen & verbum: sus, jus, grus, thus, rus, pus,*  
*plus.* 24

\* Hæc etiam pertinet *Ne prohibendi: Ne autem in-*  
 \* *terragandi corripitur; Sicut & cæteræ encliticæ*  
 \* *que vs; & Syllabicæ adjectiones ce, te, pe, in hisce,*  
 \* *sute, suapte.*

\* *Cor corripitur & produci potest: ut Anson, & Ovid.*  
 \* *Hic ubi conscripsum est, legeret cor si cor haberes.*

\* *Mille meum leuibus cor est penetrabile salis.*  
 \* *Vir quoque anceps est: Ut Ovid & Adarnal.*

\* *De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.*  
 \* *Grandia verba tibi sunt, si vir es, ecce niga.*

1. Longa quadruplicia. 1. Ablativus quin-  
 tæ. ut, *die*. Sic etiam aduerbia inde composita,  
*hodie, pridie, postridie, quondie, quare.* Et  
 Ablativus *fame*, quia olim fuit quinta.

2. Imperativus secundæ conjugationis  
 singularis; ut *dose*. Sed *cave, vide, vale*, sunt  
 communia.

3. Aduerbia formata ab Ablativo secun-  
 dæ

dæ declinationis; ut, *docte*. Præter *bene* & *male* breviter. Item longa sunt *ferme*, *obè*, *Ferè* etiam rarius corripitur.

4. Græca in *e* per *n*: ut, *musice*, *epitome*.

Hebræa in *L*. quæ scribuntur Græcè per *n*.

3. } porrectacenseto: Ut, *Daniel*, *Michael*, *David*,  
L. } *Job*, *Jacob*, & id genus alia pariter producuntur.

Græca in *e* per *n* producuntur, ut *aër*, *ather*,

4. } *character*, *stater*, *crater*, *spinter*, *Iber*. Præter *Leander*,  
R. } *Celtiber*, *Pater* & *mater*.

Longa quadruplicia. Dativus & Ablativus plurales: ut *musis*, *nobis*. Sic *quis* & *quæis*, *omnis* & *omneis*, *tris* & *treis*.

2. Nomina tertiæ declinationis, quorum Genitivus penultimam producit: ut, *Samnis*,

5. } *Quiris*. Et quæ Græcè per *eis* scribuntur: ut,  
L. } *Simois*, *Pyrois*.

3. Secunda persona singularis quartæ Conjugationis: ut, *audis*.

4. *Velis*, *malis*, *nolis*, *possis* *quamvis*, *quovis*. Nec abluere videntur *faxis*, *ansis*.

At secundæ personæ futuri subjunctivi sunt communes, cuiuscunque etiam sint conjugationis, ut *Ovid.* & *Juvenal.*

*Credula si fueris, alia tua gaudia carpent.*

*Accipit Endromiden, si dixeris astuo, sudat.*

\* *Ignis* & *sanguis* etiam ultimam habent commu-

\*nem. Sic enim *Horatius* & *Tibul.* longam ponunt.

\* *Uret Achaicus ignis Iliacas domos.*

\* *Quicquid agis, sanguis est tamen iste tuus.*

\* *Idem* *Horatius* alibi brevem facit, ut & *Virgil.*

\* *Impositam celer ignis Aetnam.*

\* *Sanguis hebet, frigentq; effæta in corpore vires.*



¶ Longa duplicia. 1. Fœminea per U longum  
 crescentia: ut, *virtus, salus*. Et quorum Geni-  
 tivus definit in *antis*: ut, *Cerasus, opus, Ama-*

6. *shus*. Item à *æ* composita: ut, *Oedipus, Me-*  
 Us & *lampus*: præter *polypus* breve.

2. Genitivus singularis, & casus plurales  
 quartæ declinationis in *us* ut *fructus*: cum qui-  
 bus simul incidit Nominativus in sacro sancto  
 nomine JESUS.

\* *Palus, paludis* anceps est: ut *Virg. & Horat.*

\* *Coccyi tarda que palus innabilis unda.*

\* *Regis opus sterilisque dei palus, apæ que remis.*

## REGULA II.

In a, i, u, n, c, as, es, os, finita producentur. 25

## EXCIPE I. Ab

¶ Brevia duplicia: 1. Nominativi, Accusati- 26  
 vi & Vocativi in a: ut *musæ, scammæ*. Præter

A. Vocativos Græcos: ut *Enna*.

2. *Ita, quia, cja, postea, & puta* pro *videlicet*.  
*Frustra* ultimam facit communem: ut *Martial.*  
 & *Virgil.*

*Ærumne cumulus, quod nudum & frustra roganters.*  
*Ne quid in expertum frustra moriura relinquant.*

2. { 1. *Nisi & quasi* corripuntur.  
 1. { 2. Breves etiam sunt Dativi & Vocativi  
 Græci: ut *Palladi, Pari, Amarylli*.

Sed *mibi, sibi, sibi, & cui* dissyllabum. Item *ubi &*  
*ibi* ultimam habent communem.

¶ Brevia quadruplicia. 1. In *en inis* corripun-  
 tur: ut, *nomen naminis*.

2. *Forsan, forsitan, tamen, viden, nostin*, per  
 apostrophum præter *um*.

3. Item apocopen passa syllabæ *de*: ut *dein,*

b 3

exiii,

- lexin, proin. Quibus adde monosyllaba an, in:  
 3. sed produc en, nan, quin, sin &c.
- N. \* 4. Græca in on per omicron: ut *Ilion, Pylon,*  
 \* tomus Accusativi in N. quorum Nomina-  
 \* tivus est brevis: ut, *Majan, Alexin.* Et Dativi  
 \* plures in in: ut *Arcasin.*
4. Nec & donec brevia: *fac & hic* pronomen  
 C. communia.
5. Brevia duplicia. 1. Græca in as, ados: ut, *Ilías,*  
*Ilíados.* Quibus adde Latinum *anas.*
- As 2. Accusativi plures tertiæ declinationis;  
 Cratér-as, Heró-as.
3. Brevia triplicia, 1. in es tertiæ declinationis,  
 quorum penultima Genitivi crescentis brevis  
 est: ut, *miles, seges.* Præter *aries, paries, abies,*  
*Ceres & pes* cum compositis, *longa.* Excepto uni-  
 6. co *præps.*
- Es 2. *Es à sum* (non *es ab edo*) cum compositis:  
 ut, *potes, ades.* Quibus adde *penes.*
3. Neutra Græca singularia in es: ut *cacië-*  
*thes* Et Græci nominativi plures in es: Ut  
*Thraees, Aræades.*
4. Brevia duplicia, 1. *os ossis:* ut, *Devoras os oris,*  
 7. *quicquid lucratur os ossis.*
- Os 2. Sic compositum *exes:* ut & *compos & impos.*
3. Græca in os per omicron: ut, *chaos, Pal-*  
*lados.*

## REGULA III.

27 In O finita communia sunt: ut, *sermo, porto.*

## EXCEPTIO I.

Dativi & Ablativi in O producuntur: ut, *docto, scam-*  
 28 *no.* Ut & adverbia in eë orta: ut, *tantiò, quantiò, falsè,*  
*verisò, certò, eo, idèò, verò, &c.* Præter *serò* anceps.

EX-



## EXCEPTIO II.

Monosyllaba longa sunt, *do, fo, fe, no, ò, prò*. Item  
Græca in o per ω: ut, *Echo, Sappho*, Et Latinum ergo  
pro causa.

## EXCEPTIO III.

Rectius corripuntur, *dno, scio, nesciò, modo, quo-  
modo, dummodo, sedò* pro *dic, citò, illico, imò*.

## APPENDIX.

Gerundia Virgilius producit: sed aliis non rarò  
corripuntur: ut, *portando, amando*.

## DE EXEMPLIS.

*Cætera, chare puer, resicis que regula forsan,  
Lectio librorum suggeret alma tibi.*

## DE PEDIBUS.

- \* Vel sum composituro aut dijudicaturò opus est  
\* pedum atque locorum imprimis notitiâ.  
\* Est autem pes pars versus legitimo atque certo  
\* syllabarum numero ac ordine definita.

Pes constat vel ex duabus, vel ex tribus, vel ex  
quatuor syllabis.

[Vocabulum pes ad antem poëticam translatum videtur à  
saltatione; ubi in pedibus tollendis mora ac celeritas spes  
estatur. Alii censent, ita vocari translatione ab animalibus  
sumptâ: quia, quemadmodum animal, ita & versus pe-  
dibus incedere videtur, Pedes quinque syllabarum, non  
dantur, præter dochimum (seu ut rectius dochmium)  
ex brevi, duabus longis, brevi, longa: ut reipublicæ. Qui  
Oratoria compositioni maximè appositus est; atque hinc  
Ciceroni, Oratorum faciliè Principi, teste Fabio lib. 9. c. 4.  
non rarò usurpatus.]

## PEDES DUARUM SYLLABARUM.

- |                    |                      |                                                                                                                                            |    |
|--------------------|----------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| 1. Spondæus [a]    | } con-<br>stat<br>ex | } duabus longis -- <i>Clemens.</i><br>duabus brevibus -- <i>Pius.</i><br>longâ & brevi -- <i>Magnus.</i><br>brevi & longâ -- <i>Amans.</i> | 92 |
| 2. Pyrrhichius [b] |                      |                                                                                                                                            |    |
| 3. Choræus [c]     |                      |                                                                                                                                            |    |
| 4. Jambus [d]      |                      |                                                                                                                                            |    |





- [ a Molossus, aliter τετράχρηστος, dictus à Molossis, gen-  
te Epiroticâ, quæ, teste Isidoro, eo pede delecta-  
batur.
- b. Tribrachys, ex tribus syllabâs brevibus, βρεττὸς bre-  
vis. Dicitur ἔ βρεττὸς οὐδ' αὖτε.
- c. Dactylus, quasi pes digitalis. Δάκτυλος enim Græcis  
digitum sonat. Ita nuncupatur, quia digitum, ex  
parte longa ἔ duabus brevioribus constantem, ada-  
quat.
- d. Anapestus, ab ἀναπέω repercutio, quod sono con-  
stratio Dactylum quasi repercutiui: Unde ἔ anapa-  
stus à quibusdam nominatur.
- e. Bacchius à Baccho nomen nactus, quod in hymnis  
dithyrambicis, qui in Bacchi honorem canebatur,  
esse frequentissimus.
- f. Antibacchius, ex ἀντι ἔ βάνχης, quasi Bacchio  
oppositus. Hephæstioni nominatur Palimbac-  
chius.
- g. Amphimacer ex ἀμφὶ utrinque ἔ μακρὸς longus,  
quasi pes ab utraque parte longus, inclusa medio syl-  
laba brevi. Quintiliano dicitur Creticus, quia a-  
pud Cretenses erat frequentissimus.
- h. Amphibrachys est pes superiori oppositus, ex ἀμφὶ  
utrinque ἔ βρεττὸς brevis.]

PEDES QUATTUOR SYLLABARUM.

Vulgo compositi diſti.

|                  |     |                   |                     |
|------------------|-----|-------------------|---------------------|
| Dispondeus       | [a] | 2. spondeis       | --- Landaverianus.  |
| Procedemanticus  | [b] | 2. pyrrhicis      | 0000 Homisibus.     |
| Dichoreus        | [c] | 2. choreis        | -0-0 Dimicite.      |
| Dijambus         | [d] | 2. jambis         | 0-0-0 Peruntias.    |
| Choribus         | [e] | chor. & jamb.     | -00- Omnipotent.    |
| Antipastus       | [f] | jamb. & chor.     | 0-0-0 Amatore.      |
| Jonicus à majore | [g] | spond. & pyrr.    | -00-0 Castabimms.   |
| Jonicus à minore | [h] | pyrrhich & spond. | 00-- Coluerunt.     |
| Paon 1.          | [i] | chor. & pyrr.     | -000 Aspiciet.      |
| Paon 2.          | [k] | jamb. & pyrr.     | 0-00 Colonia.       |
| Paon 3.          | [l] | pyrr. & chor.     | 0-0-0 Moriamus?     |
| Paon 4.          | [m] | pyrr. & jamb.     | 000- Celeritas.     |
| Epitritius 1.    | [n] | jamb. & spondeo   | 0--- Repugnantes.   |
| Epitritius 2.    | [o] | choro & spondeo   | -0-- Cantilenas.    |
| Epitritius 3.    | [p] | spondeo & jamb.   | --0- Clamaveras.    |
| Epitritius 4.    | [q] | spondeo & choro   | ---0 Repugnabantis. |

constat ex

[a] Quasi



- [a. Quasi geminatus spondeus.  
 b. Quidam volunt, ex eo dici, quod praeconi solet in Minerva sacrificus, à  $\alpha\pi\alpha\lambda\lambda\acute{o}\nu\epsilon\upsilon\alpha$  praeire verbis seu cantu, Scaliger. l. 2. Poët. c. 4. censet ab horatiano nautico, qui Græcis  $\alpha\lambda\lambda\epsilon\upsilon\pi\omega\delta$  nominatur, dictum esse.  
 c. Quasi geminatus choreus.  
 d. Eodem sensu dicitur dijambus ex  $\delta\iota\varsigma$  &  $\iota\alpha\mu\beta\omicron\varsigma$ .  
 e. Quasi choreus cum jambis.  
 f.  $\delta\iota\omega$   $\delta\alpha\tau\tau\iota\omega\alpha\delta\epsilon\upsilon$  quod est, in contrarium trahi. Etenim à brevi in longam trahitur, & vicissim.  
 g. Sic dicitur, quod genus Ionica eo sapius fuerit usa.  
 h. Prior dicitur a maiore, ob majorem entii quantitatem: Posterior à minore, quia incipit à duabus brevibus, adeoque à minore quantitate.  
 i. Dicitur etiam à Cicerone Pean, quod peani hymno inprimis conveniret. Est pes epiritio contrarius. Sicut enim in epiritio tres longa sunt cum una brevi: Ita hic, ordinatim verso, una longa est cum tribus brevibus.  
 k. Peon secundus sortitur nomen a secunda syll, longa, uti primus à prima.  
 l. Tertius à tertia.  
 m. Quartus à quarta.  
 n.  $\epsilon\pi\iota\tau\epsilon\tau\omicron$  componitur ex  $\epsilon\pi\omega$  super &  $\tau\epsilon\tau\iota\omega$  tertius, quas syllaba brevis tribus longis superaddita. Primi, secundi, tertii & quarti nomina descendunt a sede, quam obinet syllaba brevis.]

## DE VERSU.

Versus est pedum certo numero dispositorum castigata connexio. 33

[Versus dicitur à verto, vel, quod vocabula diu vertenda sint, & mox huc, mox illuc conjuncta (dicente Horatio; Sæpe sylulum vertas:) antequam versus exinde redeat; vel, quod oculi ab unius tractus lectione vertuntur ad tractum sequentem. Græcis nuncupatur  $\epsilon\iota\chi\omega$ , à  $\epsilon\iota\chi\omega$  eo, vado: unde  $\eta\mu\iota\sigma\iota\chi\omega\varsigma$  dimidius versus.]

In versa universim tria observanda occurrunt: 34

1. Cæsura. 2. Depositió. 3. Dimensio.

De Cæsura.

(a) Cæsura est pedum in medio sectio; ita ut 35  
 parte

pars eorum ad præcedentem, pars ad sequentem dictionem pertineat.

Species cæsurae sunt quatuor; quarum prima obtinet post primum pedem, & dicitur (b) *triemimeris*. Secunda post secundum, & vocatur (c) *Penthemimeris*. Tertia post tertium, & nominatur (d) *hephemimeris*. Quarta post quartum, & nuncupatur (e) *enemimeris*.

\* Universæ cæsurae exhibentur hoc versu.

\* *Ille latius niveam molli fuliis hyacintho.*

Si pedes, maximè carminis heroici, è singulis verbis consent, adeoque omni cæsura careant, ineptum censeo versum: ut

*Aurea scribis carmina, fuli, maxime vatum.*

\* Quo tamen pedum more carmen Anapæsticum

\* maximè ornatur: ut

\* *Noctem quoties summovet Eos,*

\* *Regem toties credite nasci.*

Cæsura tanta est vis, ut ejus beneficio brevis syllaba sæpe producat, in primis post pedem secundum & tertium: ut

*Nam tibi Thymbre, caput Evandrius abstulit ensis.*  
*Dona dehinc auro gravia, sectoque elephanto.*

[a] Cæsura à cædo. Græcis τὸ μὴ ἔκτομα. b. Græce τριμμερὴς αὐτὸ τετραμμερὴς, ex τρις τρις ἔκτομα, quasi semiterrenaria ex ἔκτομα (extra compositionem, ἔκτομα, dimidius) ἔκτομα pars. c. Semiquinaria, ex πέντε quinque ex ἑπταμμερὴς d. Semiseptenaria, ex ἑπτὰ septem ἑπταμμερὴς. e. Seminonaria, ex ἑνὴν novem ἑπταμμερὴς. Subauditur semper τὸ μὴ, sectio, cæsura. Triemimeris itaque est tertius dimidius pes, id est tertia pars pedis, constituens cæsuram: quod ut dextrè intelligatur, notandum, Græcis Grammaticis eam dici tertiam pedis partem, quæ nobis est quarta E. G. Nox tenebras profert, Phœbus fugacinde tenebras. Hic nos diceremus, Nox tene esse integrum pedem, ἑπταμμερὴς



constituere cesuram; sed illi numerant potius partes pedis, & quidem perquam intricatè, ut dicere cogamur. Noxte esse primam partem pedis; nec secundam, & bras tertiam, qua facit cesuram. Et sic in reliquis quoque.]

De Depositione.

Depositiō est dimensionis terminatio, quæ versus abundantiam & defectum innuit.

Ex hac versus est vel

Acatalecticus, (a) cui nihil aut superest, aut deest: ut,

*Veni Creator Spiritus.*

Catalecticus, (b) cui in fine syllaba deest: ut

*Fili colas Jehovam.*

Brachycatalecticus, (c) cui in fine pes deest: ut

*Sancti Deo grati.*

Hypercatalecticus, (d) in quo una, aut duæ syllabæ redundant: ut

*Sancti Deo gratissimi sunt.*

Item,

*Sancti Deo certissime placent.*

[a. Ex a. priv. & καταληκτὸς ἢ καταλήγω desino; Sonat indefinens, hic autem idem, quod perfectus. b. καταληκτικὸν μέτρον, propriè carmen desinens, hic autem est idem quod semimutilum; Pendulum à Trapezuntio dicitur. c. ex βραχύς brevis & κατὰληκτικός, q. breviter finiens, sed hic est idem, quod pede decurtatum. d. Ex ὑπὲρ & καταληκτικός, quasi super desinens. Hic autem redundans una unius aut duarum syllabarum notas. Dicitur etiam alias ὑπερμέτρον, id est, mensuram excedens. Sed de hoc in sequentibus.]

De Dimensione, sive Scausione.

Scausio [†] est versus in suos pedes distinctio.

96

[† Ita dimensio syllabarum nuncupatur, translatione à scalarum gradibus, quæ cum ascendimus, pedes vicissim nunc attollimus, nunc ponimus.]

Ratione hujus observandæ sunt sequentes figuræ, quæ

quæ ordinariam scansionis modum quandoque turbant.

97 Hæ autem sunt vel *redundantia*, vel *defectus*, vel *commutationis*.

*Redundantia.*

98 *Figure redundantiæ* sunt quatuor: *Prosthesis*, *epenthesis*, *paragoge* & *diarexis*.

99 *Prosthesis* [†] est literæ aut syllabæ ad principiam dictionis adjectio: ut, *gnatus* pro *natus*, *resul* pro *tuli*.

[† *αὐτοδραστὴ* à *αὐτοδραστη* appono, ex *αὐτός* ad *ἑ* *τιθῆμι* pono. Rectius diceretur *prosthesis* præpositio, quia citam in medio aliquid apponitur: ubi proinde est *prosthesis*; sed non *prothesis*.]

100 *Epenthesis* [†] est literæ aut syllabæ ad medium dictionis adjectio: ut, *religio* pro *religio*, *navisa* pro *navita*, *aliviam* pro *alivum*.

[† *ἐπιθεσις* à *ἐπιτίθημι* interpono, *Comp.* ex *ἰσθί*, *ὦ* & *τίθημι* pono.]

101 *Paragoge* [†] est literæ aut syllabæ ad finem dictionis adjectio: ut *dicier*, pro *dici*, *audier* pro *audiri*.

[† *παρογοὴ* adductio, *διδί* & *παρογοῦν* adducere; ex *παρογοῦν* & *ἀγω* duco.]

102 *Diarexis* [†] est unius syllabæ in duas distractio: ut, *dissolventa* pro *dissolvenda*, *syllva* pro *syllva*.

[† *διαρῆσις* divisio, *διδί* & *διαρῆσιν* dividere, ex *δι* & *ῆσις* capio: Vocatur alias *Ἀλλυσις* dissolutio, *διδί* & *διαλύειν*, ex *δι* & *λύω* solvo.]

*Defectus.*

103 *Figure defectus* sunt sex: *Aphæresis*, *syncope*, *apocope*, *synalæphe*: *ecthlypsis*, *synæresis*, quæ & *synæphonesis*, *crasis* & *epi-synalæphe* ab aliis dicitur.

104 *Aphæresis* [†] est literæ aut syllabæ à principio dictionis ablatio: ut, *mitro*, pro *omitto*, *pone meum* pro *depono*, *conia* pro *ciconia*.

[† *ἀφαίρεσις*.



[† ἀφαιρέσις δὲ τῶν ἀφαιρέσεων auferre; ex δὲ τῶν ἀφαιρέσεων capio.]  
 Syncope [ ] est si eia aut syllabæ e medio dictio-  
 nis rejectio: ut *impleſsem* pro *implevissem*, *repositum*  
 pro *repositum*; dixi pro *dixisti*.

[† Συγκοπή δὲ τῶν συγκόπταιν concidere; ex οὐδὲ τῶν κόπταιν scindo.]

Apocope [†] est litteræ aut syllabæ a fine dictionis  
 ablatio: ut, *parce mihi*, pro *parce mihi*, *noſtin* pro *noſtine*.

[† ἀποκοπή abscissio, δὲ τῶν ἀποκόπταιν abscindere. Comp. ex  
 δὲ τῶν κόπταιν scindo.]

Synalcephe [†] est duarum vocalium aut diph-  
 thongorum in unam syllabam coalescentia: ut in hoc  
 Maronis;

*Cantauer omnes, inientiqu' ora tenebant.*

[† Συνωλοπιή Latine collisionem, proprie eunctionem notat,  
 ex οὐδὲ τῶν ἀλω φωνάω uerbo. Metaphera deducta ab unguen-  
 tis cum superueniente alio unguento, qua prius inuncta  
 erant, delentur.]

\* Non autem dantur in eodem carmine; sed et-  
 \* iam in diuersis locis cum habet: Sic enim Virgil. Ge-  
 \* org. 3.

*Orone adco genus in terris hominumque ferarumq;*

\* *Et genus aquorum* - - -  
*O, heu, ab, prob, io, uah, heu & similes interjectio-*  
*nes integræ manent, licet vocalis aut diphthongus se-*  
*quatur.*

\* Interdum tamen synalcephe à poetis negligitur,  
 \* maxime si vocalis longa sit: ut Virgil.

\* *Es succus petori & laos subducitur agnis.*

\* *Posthabita coluisse samo. Hic illius arma.*

Æthlipsis [†] est, cum littera M unâ cum vocali,  
 ob sequentem vocalem eliditur: ut Pers.

*O curas hominum, ô quantum est in rebus inane.*

[† ἠθλιψίς expressio, elisio, ab ἠθλιψία extundo, elido.  
 Comp. ex οὐδὲ τῶν ἠθλιψία προέβ.]

\* Quod

37

46

47

48

49

50

51

32

52

Quod etiam in diversis carminibus locum habet:

ut Virgil.

\* Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

\* Et foliis undam

[Versus illi, in quorum syllaba extrema synaloephe aut ecchlo-  
psis occurrit, dicuntur hypermetri, h. e. mensuram exce-  
dentes; ut paulo ante monitum.]

\* Prisci literam M. etiam corripiebant: ut Ennius.

\* Insignita ferè tum millia milium octo.

\* Contra verò s per ecchlopsiā eliderant: ut Lucret.

Usque adeo largos haustus de fontibus magnis

53

Synaresis [†] est duarum vocalium in unam con-  
tractio: ut Virgil.

Seu lento fuerint alvearia vimine texta.

[† Synaresis contractio, dicitur & corruptio. Comp ex ordi &  
capto capio. Alias dicitur συναρσῆσις exclamatio simul  
facta, dicitur & συναρσῆσις, ex ἐκ & ἀρσῆσις clamare. (Alii  
tamen synaresin in eo à synephepsi differre volunt, quod in  
illa dua vocales maneat; sed in diphthongum coalescant; )  
in hac verò earum altera in pronuntiatione absorbetur; )  
Vulgò ἀρσῆσις appellatur, id est, mixtio, à ἀρσῆσις: misceo.  
Victorino etiam episynaloephe vocatur: cuius nominis  
ratio patet ex iis, quæ supra de synaloephe diximus.]

Commutatio.

54

Figuræ commutatio is sunt quinque: Tmesis, an-  
tithesis, metathesis, systola & diastole.

55

Tmesis [†] est, cum vocabulum in partes secatur,  
hisque aliud interponitur: ut unique cornis pro uni-  
cornis, septem subjecta trioni pro septentrioni.

[† Tmesis sectio, dicitur & τμήσις vel τμήσις secare.]

56

Antithesis [†] est positio literæ pro literâ: ut, fa-  
ciendum pro faciendum, illi pro illi.

[† Antithesis oppositio, ex ἀντι & τίθημι pono.]

57

Metathesis [†] est transpositio literæ vel syllabæ:  
ut, pistris pro pristis, Evandre pro Evander.

[† Me-



[† Μετάθεσις à μετατίθημι transpono, ex μὲν ἔτιθημι pono.]

Systole [†] est correptio syllabæ longæ: ut, *ste-* 58  
*terunt pro steterunt, eulerunt pro eulerunt.*

[† Συζωλή, δὲ δὲ ἔσυσζωμαι, quod est contrahere, corripere,  
 ex οὐδὲ ἔσίζωμι mittere.]

Diastole [†] est productio syllabæ brevīs: ut, 59  
*Virgil. & Ovid.*

*Aique hinc Priamidem laniasum corpore cōto.*

*Quo slypeo, gladioque, Macedoniâque sarissâ.*

*Conspicuis.*

[† Διαστολή, δὲ δὲ ἔδιαστέλλω producerē. Alias vocatur ἐκτε-  
 σις extensio, δὲ δὲ ἔκτελλω extendere. Haec figura in pri-  
 mis locum habet in carmine heroico, concurrentibus tribus  
 brevibus: ut in Priamides & Macedonia. Per eandem  
 etiam prima in Diana quandoque producitur: ut, Exerces  
 Diana choros.]

*Præcipue continentur versiculis istis.*

*Prosthesis apponit capiti, sed Aphæresis aufert,*

*Syncopa de mediō tollit, sed Epenthesis addit,*

*Abstrahit Apocope fini, sed dat Paragoge.*

*Constringit Crasis, distracta Diæresis effert,*

*Vocalem tollit semper synalæpha priorē.*

*Mperit Eclipsis, quod præci corripuerunt,*

*Systola corripuit, produxit at Ectasis olim.*

*De usitatoribus carminum generibus.*

*Usitata genera carminum sunt quatuordecim.* 60

[Carmen & versus differunt, ut totum & pars: Carmen (di-  
 ctum à cano, quasi canimen) notat totum, seu illud epi-  
 gramma, seu ecloga, seu oda, fuerit: Versus autem (à ver-  
 tendo dictus, de quo supra.) carminis pars est.]

*Adonium, Archilochium, Hexametrum, Pen-  
 tametrum, Jambicum, Sapphicum, Phalæclum,  
 Asclepiadeum, Glyconium, Alcaicum, Trochal-  
 cum, Anacreonticum, Scazonticum, Anapæsticum.* 61

## DE CARMINE ADONIO.

Adonium [†] constat dactylo & spondeo. Ut

-uu | -- } Ultima communis cujusque est syllaba  
-u } Versus.

Gloria mundi

Cuncta peribit.

[† Nomen sortitur ab Adone, Cyprii Regis filio; cujus in Ibra-  
nis, teste Boethio, olim fuit adhibitum.]

## DE ARCHILOCHIO.

Archilochium [†] constat duobus dactylis &  
syllaba remanente. Ut

|          |  |         |  |     |
|----------|--|---------|--|-----|
| -uu      |  | -uu     |  | -   |
| Laudibus |  | Isai    |  | des |
| Extulit  |  | eximi   |  | is  |
| Nocte di |  | eque De |  | um. |

[† Ita vocatur ab Archilocho, Poeta quodam eruditionis fa-  
ma celebratissimo: cum autem sint varia carminum ge-  
nera, quibus nomen ab Archilocho attribuitur, distinctius  
à Servio in Centimetro dactylicum dimetrum hyper-  
metrum nuncupatur.]

## DE HEXAMETRO.

Hexametrum [†] sex pedibus constat, quorum  
quintus dactylus est, sextus spondens: reliqui pro-  
miscuè sunt dactyli vel spondei. Ut

|          |  |           |  |        |  |          |  |          |  |        |
|----------|--|-----------|--|--------|--|----------|--|----------|--|--------|
| -uu      |  | -uu       |  | -uu    |  | --       |  | -uu      |  | --     |
| -uu      |  | --        |  | --     |  | --       |  | -uu      |  | --     |
| --       |  | -uu       |  | --     |  | -uu      |  | -uu      |  | --     |
| Discite  |  | justitiam |  | ammoni |  | si non   |  | semnere  |  | divos. |
| Nulla sa |  | ius bel   |  | lo, pa |  | cem te   |  | poscimus |  | omnes. |
| Urbs an  |  | signatu   |  | is mul |  | tos domi |  | nata per |  | annos. |

[† *ἑξαμετρον* ex ἑξ sex aut ἑξᾶς ἄδελφος numerus senarius &  
ἡρῶν mensura. Dicitur alias Heroicum; quòd eo gesta  
Heroum cani soleant.]

Nonnunquam autem in quinto loco spondeus  
poni-



ponitur, præeunte ferè dactylo : cujusmodi versus  
spondæicus [†] vulgò audit. Ut

*Clara Deum soboles, magnum Jovis incrementum.*

[† Ita quidem vulgò nuncupatur ; sed non satis accuratè :  
cum Græcè dicatur σποδæικός à σποδῆσι.

DE PENTAMETRO.

Pentametrum [†] constat quinque pedibus,  
quorum duo primi promiscuè sunt dactyli vel  
spondei, cum syllaba residuâ & cæteri perpetuò sunt  
dactyli, remanente rursus syllaba, quæ cum media  
residua quintum efficit pedem. Ut

|                 |               |           |              |                 |             |
|-----------------|---------------|-----------|--------------|-----------------|-------------|
| -uu             | -uu           | -         | -uu          | -uu             | u           |
| --              | --            |           | -uu          | -uu             | -           |
| <i>Vulgus a</i> | <i>miciti</i> | <i>as</i> | <i>utili</i> | <i>tate pro</i> | <i>bat.</i> |

[† Πεντάμετρον ex πέντε quinque (in compositis dicitur πέντε) & μέτρον mensurâ ; quasi quinque mensuras habens.]

Versus pentameter hexametro subjunctus carmen  
elegiacum [†] constituit. Ut

*Omnia sunt hominum tenui pendente filo,*

*Et subito casu, quæ valere, ruunt.*

[† Deducunt vulgò ἀπὸ τῆς ἐλέγειν, quæ stentium vox est. ἔλεος  
notat lamentationem. Atque ita hoc carmen nuncu-  
patur, quia olim lamentationi funebri adhibebatur.]

Horatius hexametro etiam quandoque subjungit  
tetrametrum, quod constat quatuor postremis he-  
xametripedibus. Ut

*Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barbis?*

*Munera cur mihi, quidve sabellas*

*Mittis? - - - - -*

Opera semper danda, ut unumquodque disti-  
chon [†] sententiam absolvat ; aut saltem in colo  
desinat. Si enim commatis ejusdem vox una ad  
præcedens, altera ad sequens distichon spectet, elegia  
minus elegans censetur.

[Ταίσιον, q. duobus versibus constans, ex dis & six<sup>o</sup> versibus à six<sup>o</sup> eo.]

## DE JAMBICO.

Carmen jambicum duplex est: Dimetrum & trimetrum, quod & senarium dicitur.

Dimetrum constat quatuor pedibus: paribus locis jambum; imparibus autem jambum, spondeum, dactylum, anapestum & tribrachin recipit. Ut

|      |  |      |  |         |  |        |
|------|--|------|--|---------|--|--------|
| v-   |  | v-   |  | v-      |  | v-     |
| --   |  |      |  | --      |  | vv     |
| -vv  |  |      |  | -vv     |  |        |
| vv-  |  |      |  | vv-     |  |        |
| vvv  |  |      |  | vvv     |  |        |
| Veni |  | crea |  | tor spi |  | ritus. |

Optimum est, quod ex metris constat jambis. Ut  
*Deo placere pergio.*

In secunda regione etiam quandoque tribrachin recipit. Ut *Horat.*

*Videre properantes domum.*

Trimetrum constat sex pedibus: prima, tertia & quinta regione jambum, spondeum, dactylum, anapestum & tribrachin admittit; ceteris autem plerumque solum jambum. Ut

|     |  |    |  |     |  |     |  |     |  |    |
|-----|--|----|--|-----|--|-----|--|-----|--|----|
| v-  |  | v- |  | v-  |  | v-  |  | v-  |  | v- |
| --  |  |    |  | --  |  | --  |  | --  |  | vv |
| -vv |  |    |  | -vv |  | -vv |  | -vv |  |    |
| vv- |  |    |  | vv- |  | vv- |  | vv- |  |    |
| vvv |  |    |  | vvv |  | vvv |  | vvv |  |    |

*Quid ob sera nis an ribus fundis preces.*

Quod, si ex metris constet jambis, jambicum primum nuncupatur. Ut *Horat.*

*Beatus ille, qui procul negotiis.*



In secundâ regione iridem quandoque adhibetur  
tribrachys. Ut

*Has inter epulas, ut iuvas pastas oves.*

Dimetrum trimetro non sine elegantia subnectitur. Ut Horat.

*Omnem relegit Idibus pecuniam:*

*Quærit Kalendis ponere.*

[*Τριμετρον ex τρις ter & μέτρον mensura. Dicitur trimetrum, quia id Græci metuntur per διποδίας, id est, per tres pedes multiplicatos. Vt contra διμετρον ex δις bis & μέτρον, quoddam duas habeat διποδίας, id est, duplicatos pedes.*]

DE SAPPHICO.

Sapphicum [†] constat quinque pedibus, choreo, spondeo, dactylo cum isquentibus duobus choreis, & subiecto post ternos versus Adonio. Ut Horat.

|        |         |           |           |        |
|--------|---------|-----------|-----------|--------|
| -u     | --      | -uu       | -u        | -u     |
| -u     | --      | -uu       | -u        | -u     |
| -u     | --      | -uu       | -u        | -u     |
|        |         |           | -uu       | --     |
| Inte   | ger vi  | ra scele  | risque    | purus, |
| Non e  | ges Man | ri jacu   | lis, nea  | arcu,  |
| Nec ve | nna,    | ris gravi | dâ sa     | gicis, |
|        |         |           | Euse, pha | retrâ. |

[† Huius carmini nomen dedit Sappho, poetria Lesbica, ejusdem inventrix.]

DE PHALÆCIO.

Phalæcium [†] quinque pedes admittit, spondeum, dactylum & tres choreos. Ut Marcial.

|         |            |       |        |         |
|---------|------------|-------|--------|---------|
| --      | -uu        | -u    | -u     | -u      |
| Terra   | rum Dea    | genti | umque  | Roma,   |
| Qui par | est nihil, | & nō  | hil se | quidam, |

[† Nomen accepit à Phalaco inventore. Alis dicitur Phaleucium; sed non satis accuratè: cum Græcis sit Φάλακκος; unde adjectivum φαλακκίον, non φαλευκίον.]

Transpositione dictionum Phalæcius versus in Sapphicum commutatur; & vicissim. Ut  
*Roma terrarum Dea gentiumque,*  
*Cui nihil par est, nihil & secundum.*

## DE ASCLEPIADEO.

Asclepiadem [†] recipit spondeum, duos choriambos & jambum. Ut *Horat.*

-- | -uu- | -uu- | uu-  
 | | | |  
 | | | |  
*Mace | nas atavis | edite re | gibus.*

[† Ασκληπιάδης Poeta huic carmini nomen dedit, Possensus etiam id metiri spondeo, dactylo, caesura, dactylis duobus, in hunc modum.

-- | -uu | - | -uu | -uu  
 | | | | |  
 | | | | |  
*Mace | nas ata | vis | edite | regibus.*  
*Fit ex eo pentametrum, addendo syllabam.]*

## DE GLYCONIO.

Glyconium [†] constat tribus pedibus; spondeo & duobus dactylis. Ut *Senec.*

-- | -uu | -uu  
 | | |  
 | | |  
*Tandem | regia | nobilis.*

[† Vocatur ita à Glycone poetâ, quem invenisse illud tradunt.]

Alcaicum [†] habet quinque regiones; prima recipit spondeum vel jambum, secunda jambum solum, tertia syllabam longam, quarta & quinta dactylos. Ut

-- { u- { - { -uu { -uu  
 u- { u- { - { -uu { -uu  
*Vides { ut al { tã { stet nive { candidum*

Præmissis duobus Alcaicis subjeti tertio loco so-  
 ler



Iet jambicum dimetrum hypercatalecticum, constans prima sede jambo vel spondeo, secunda jambo, tertia spondeo, quarta jambo cum syllaba longa.

Quarto loco subjungitur Alcmanium, habens duos dactylos cum totidem trochæis. Ut Horat.

|                |                 |                  |                    |                   |       |
|----------------|-----------------|------------------|--------------------|-------------------|-------|
|                | v -             | -                | - v v              | - v v             |       |
| - -            | v -             | -                | - v v              | - v v             |       |
|                | - -             | v -              | - -                | v -               | -     |
|                |                 | - v v            | - v v              | - v               | - v   |
| Est us<br>Arbe | viro<br>sta sul | vir<br>cis:      | latius<br>hic gene | ordinet<br>rosior |       |
|                | Descen          | das in campum    |                    | peti              | tor:  |
|                |                 | Moribus hic meli |                    | orque             | famâ. |

[† Appellatur ita ab Alceo inventore.]

DE TROCHAÏCO.

Trochaicum carmen omnibus locis recipit trochæum; & imparibus quidem perpetuò: paribus autem eisdem admittit pedes, quos jambicum in imparibus, præter jambum, quem ubivis respuit: uti & jambicus versus trochæum.

Usitatissima hujus carminis forma est octonaria, catalectica. Ut

|                 |                   |                    |              |                  |                |                 |              |
|-----------------|-------------------|--------------------|--------------|------------------|----------------|-----------------|--------------|
| - v             | - -               | - v                | - -          | - v              | - -            | - v             | -            |
|                 |                   |                    | - v          |                  |                |                 |              |
| Consu-<br>Solu- | les si<br>aut rex | unt quot<br>aut po | annis<br>eta | Et no<br>nonquet | vi pro<br>anni | consu-<br>nasci | les:<br>tur. |

[Si de trochaico primum sesqui pedem auferas, habebis jambicum trimetrum: ut in exemplo allato priori, si consules auferas; in posteriori si solus aut tollas. Contra si jambico trimetro pramisses creticum, habebis trochaicum. Sic ex Horassiano isto trimetro. Suis & ipsa Roma vitibus ruit, pramittendo præpotens, exurgit versus trochaicus.]

## DE ANACREONTEO.

Anacreonteum [†] constat tribus pedibus, quorum primus est jambus vel spondeus; secundus & tertius merijambi, remanente syllaba. Ut

|         |      |        |      |
|---------|------|--------|------|
| v -     | v -  | v -    | -    |
| --      | --   | --     | v    |
| Sax est | quie | te dul | ci   |
| Fessum  | fove | re cor | pia. |

[† Ita dictum ab Anacreonte lyrico.]

## DE SCAZONTICO.

Carmen Scazonticum [†] hisdem pedibus gaudet, quibus jambicum trimetrum, excepto loco quinto, quo semper jambum, & sexto, quo spondeum recipit. Ut *Martiali*.

|        |       |       |         |      |         |
|--------|-------|-------|---------|------|---------|
| --     | v -   | --    | v -     | v -  | --      |
| Extrem | poral | is fa | Eus est | meas | Rhesor. |

[† Σκαζων claudicans, ἀσκαζων claudico. Ita dicitur ob tardum pedis ultimi (qui est spondeus loco jambi) incessum.]

## DE ANAPÆSTICO.

Anapæsticum [†] ita nuncupatur, quia ubique admittit anapæstum.

Interim loco anapæsti licet etiam adhibere dactylum vel spondeum.

Ita tamen, ut secunda & quarta regione absit dactylus.

Cum autem varia apud Poetas anapæstici genera occurrant, primas sibi vindicat Aristophantum, quod quatuor recipit pedes. Ut

|        |         |          |        |
|--------|---------|----------|--------|
| --     | vv -    | -vv      | --     |
| Noctem | quoties | summovei | Eos,   |
| Regem  | soties  | er-dite  | nasci. |



Interdum tamen nullus occurrit anapaestus. Ue  
Senec.

*Tertia misa buccina signum,*

[Est & anapaesticum Partheniacum, quod prima regione res-  
cipit spondeum vel anapaestum; hinc geminum anapaestum  
cum syllaba longa.]

### APPENDIX.

#### De Carmine Leonino.

Carmen Leoninum est [†] quod servatis Poëta-  
rum legibus, in rhythmicam [†] consonantiam ter-  
minatur. Ue Ovid.

*Si Troja fatis aliquid restare putatis.*

[† Nuncupatur ita, vel quod instar cauda Leonis reflectatur,  
vel à Leonio, Canonico Benedictino Parisiensi, qui hoc car-  
minis genus non quidem invenit, sed tamen in primis fra-  
quentavit.]

[† Græcè πύλῳς consonantia. Propriè æqualis fluxus  
aqua δὲ & πύλῳς fluere.]

Cum autem hoc carmen rarissimè apud Poëtas  
principes occurrat, rariùs etiam ab illis, qui ipsorum  
ductu carminis ornatui studere intendunt,  
adhibendum est.

*Gloria sit Patri! Nato sit Gloria! Sancta  
Gloria Spiritui! Triadi sit gloria Sancta,*

F I N I S.

304

190

---

1141

304

200

---

104

304  
190  

---

1141

*[Large, stylized cursive signature]*

*[Faint, illegible handwritten text]*

*[Large, stylized red scribble]*

*[Red scribble]*



304  
221

1 Der Hommel  
2 Pucher

3 Steiniger H 5

4 Ingellach

1020

5 Steinberg

6 Altmühl

7 Altmühl

8 Kribsmühl

9 Magermühl

10 Jung Steinberg

11

12 Altmühl



13 Der Camphaus

4





1024  
410  
1217  
07



Schol 116

449. 740  
and many more  
was written  
1888

1828

30/4  
28/4  
14/4  
M

4

1828

1828

1828

1828

1828



